

Caroli Bouilli Sa

marobrini. Questionū Theologicarū Libri
septē:cētenas atq; ita in vniuersum septigē
tas q̄stiones & carū solutiones cōpletestes.

Primus de deo.

Folio.II.

Secundus de creatione angelorū. Fo.VIII.

Ter.de creatiōe materię & vniuersi.F.XIII

Quartus de voluptatis paradiso & exilio
prothoplastorum. Folio.XX.

Quītus de diluio: regnis mūdi & humanę
mentis habitib⁹. Fo.XXVII.

Sextus de veteri testamento ab Abrahā ad
Christū & hebreorū statu. Fo.XXXVI.

Septi.de verbi icarnatiōe: xpī i terris cōuer
satōe & vtri⁹ q; testamēti cōcordia.F.XLIII

Dialogi de trinitate duo. Fo.LIII.

De diuinis predicamētis.Lib.I. F.LXXIII

Oz angela
reto rovad
fo.9.11.

B



Venūdāt' vbi im̄p̄ssi sūt in q̄dib⁹ Ascēsianis.

Comparatus hic liber p me Johānem cincinnum de lippia
i q̄gmi mōsterio Verdinen moratēt p v. alb' zotf.

CAROLVS BOVILLVS SAMAROBRINVVS CELEBERRIMO PATRI
CAROLO DE GENLIS PRAESVLI ET COMITI NOVIODVNENSI. S.




CCIPPE dignissime Presul opusculum theolo-
gicatum quæstionum: quod in tua Carolopon-
tana solitudine cudi. Animus enim præserim
studiosus, inter mundiales versatus: ut plurimi
sterilescit. Quieta vero & amena solitudo: illu-
iuuat, oblectat: & vberiore erga litterariam fru-
gem reddit. Nam mens ex parte triticea semen
emulatur: quod si inter seminandum secus viā
deciderit: calcatur atteriturq;. Si vero ita agi
secessus lōgiuscule ab eius finib⁹ condit: pluri-
mū iuxta eloq⁹ referēs fructū, votis coloni vber
tim fauebit. Hoc mihi ipse persuadēs: tātisper
apud te ruris diuerticula & urbana silentia ex-
petū: quoad presentium quæstūculag̃ idiogra-
phum: manus (quæ organa sunt organorū) e mentis scrinio depropulsifcent: & in septē li-
bros redactas, publico prælo comparassent. In singulis libris centenarum seruauit: denarii
quadratum. Quapropter omnis earum numerus: ad septies centenos excreuit. Primus de
deo, diuina æterna & necessaria prædicata: ut essentiam, vnitatem, immensitatem, æterni-
tatem ac trinitatem rimatur. Secundus de creatione angelorum: illorum naturam, func-
tiones & sacras imitationes expandit. Tertius de creatione materię & vniuersi: creationis &
generationis differentias ostendit. Quartus de paradiſo voluptatis & exilio protoplasto-
rum: humanā noxam angelicę transgressioni cōfert: edocens hanc, illa esse grauiorē. Quin-
tus de diluvio & regnū mundi nonnulla in initio pertractans: postea de humānū mētis ha-
bitibus differit. Sextus de veteri testamento ab Abrahā ad Christum: omnem Hebraorū
statum euoluit. Septimus a veteri inchoans testamēto: postq; & verbī incarnationē & Chri-
sti in terris conuersationē & in celos assumptionem retexuit: in fine paucula de vtriusq; te-
stamenti cōcordia prosequitur. Nec miretur quisq; aut culpet stili levitatem. Nā aut pega-
leo vecti aut Mercuriis talaribus pperantes: opus istud non paucis sed omnibus: nimirū
quotidiana, triuiali & incōpta oratione edidimus. Qui vero & paucis scribunt & testudi-
neo passu scribentes gradiūtur: hi impensiore negocio, depexendę & comandę orationi stu-
dent. Hunc ergo generofissime antistites fructū vt in filiis tuis enatum: ita & sermone paulo
incultiorē atq; agrestiorem, ex nostra arbore hilari vultu decerpe. Tibi em̄ haud ab re dica-
tur: quod tuus ager, nostro fulcatus yomere tulit. Vale ex tua Carolopontana solitudine:
quarto Calendas Martias. 1512.

Liber.I.

CAROLI BOVILLI SAMAROBRINI
Theologicarum Questionum Libri Septem Ad
Amplissimum Patrem Dominum Carolum De
Genis Presulem & Comitem Nouiodunensem.

Primus Liber de Deo,



Vr nechésitádū
nec percūctadū
est si deus est:
Quia deum esse: &
summe euidens est
& summe necessari-
um. Ex omni enim
creatura colligitur
quoniam deus est.
Quapropter si cer-
tum ac manifestum est: esse aliquam creaturam:
certissimū profecto & indubitatum esse debet:
esse deum aliquem: omnis creature authorem,
opificem, creatorem.

2 Cur etiā nec est: quid deus est: percū-
ctandum?

Sicut si deus est nosse / est summe necessarium:
ita & quid deus est scire: impossibile esse remur.
Omnis enim creatura: prædicat testaturq; de-
um esse. Nulla vero: quid deus sit/ explicare po-
test. Esse deum: subest omni intellectui: quid au-
tem sit deus: omnē superat intellectū. Sicut igi-
tur ob summam evidentiam & necessitatem: non
est: si deus est percunctandum: ita & ob summa
impossibilitatem & eternam ignorantiam: quid
deus est/nemo homo percunctari debet.

3 Quid de deo primo enunciatur: ens
an vnum?

Ens & vnu: substātia ac rē ipsa/ si deo cōvertunt.
Attamen entis ratio: vnius rationem precellit.
Quemadmodū & hāc: deus est/hāc ratione pre-
st: deus est vnu. Nam simplex & purū esse ratio-
ne prius est: esse vnuco indiuiso imparicipato.

4 Quo pacto excludi debeat pluralitas
deorum et diuīna vñitas concludi?

Per analogiam animi: facile est & deorum exclu-
dere pluralitatem , & diuīnam concludere vñ-

Fo. II.

tatem. Nam sicut vnicus est & ipers intellectus
a quo omnis intellectualis species præhēsatur &
in animi introducitur scrinium: ita vnicus & im-
pers de⁹ est: a quo ois reliq⁹ substantia/denihil
est ad esse euocata. Per idem minimum: itrat ois
notio in latitudinem animi: Per eundem quoq;
deum: omnis substantia adiecta est in mundū.

5 An sit aliquid substantia infinitū praे-
ter deum?

Præter deum: nihil est substantia infinitum. Nā
simul subsistere non possunt / duo aequa prima
& simpliciter infinita . Duo q̄ppe infinita si es-
sent, dūvſq; ad seūcē ptingerēt; ab inūcē quoq;
finirent, essent igit̄ finita: & nō infinita: Gaudet
itaq; infinitum: perpetua vnitate ac solitudine/
paris infiniti consortium repudians.

6 An sit pariter p̄ter deū quicq; eternū?
Sicut p̄ter deum/nihil est actu immensum: ita
& p̄ter eundem/nihil eternum. Cōuertitur em
eternitas / cum infinitate substātię: cestq; soli sub-
stantiali immensitati ānexa. Solus deus substan-
tia immensus est/solus deus duratione æternus.
Illi⁹ substantia /omnem substantiam transcen-
dit. Illius quoq; duratio: omnem durationē & p-
manentiam apprehendit.

7 Quomodo se habet ad inūcē diuīna
immenſitas & eternitas?

Sicut fere locus & tempus. Nam immenſitas
vt locus est: eternitas vero/ut tempus. Immenſitas
quippe est: que supat omnē locum. Aeternitas
vero: a qua/omne tempus exuperatur. Immenſi-
tas est que neq; clauditur in loco: neq; excludit
a loco. Aeternitas vero: quam nullum tempus,
aut claudere aut excludere valet.

8 Quae ambarū est prior: immenſitas an
eternitas?

Immenſitas & eternitas: quo ad enunciationē
conuertuntur. Nam quicquid est immensum est
& aeternum. & quicquid pariter aeternum: id se
quoq; immensū esse testatur. Attamen immenſi-
tatis ratio: pr̄ cellit rationē aeternitatis. sicut
& substātia quantitate pr̄stat. Etenim immenſi-
tas refertur ad rei substātię: Aeternitas vero
ad ipsius substātię durationem & permanenti-
am. Vnde fit ut deus: haud q̄ aetern⁹ / immenſus

Aii.

Questionum

fit: sed quia immensus: fit & aeternus.

- 9 An deus ab eterno torpuerit nihil a gens?

Deus ab eterno exteriore actione nihil egit. Nam si quicq; ab eterno procreasset, id esset deo coeterum. Affuit tamen deo ab eterno: interior eius & consubstantialis actio: qua aliquid intra semet ipsum egisse: & non nihil sibi cōsubstantiale peregrinare declaratur. Hec igitur interna dei actio: per quam ab eterno sibi ipsi affuit: ostendit deū ab eterno non nihil procreasse: & tamen fertiatum non esse: aut infecundū ociosumque fuisse.

- 10 Quae maxime ratio deum ostendit esse trinum?

Q; sol⁹ est ab eterno. Nam q; sol⁹ deus est aeternus cui ab eterno nullum aliud ens affuit: necesse est eundem aut ociosum fuisse aut trinū in semetipso. Si enim trinus non est & tamen solus fuit ab eterno: ociosus fuit. Quia vero & solus est ab eterno & trinus: ideo ociosus non fuit: nec extera societas, ut quicq; ageret indiguit. quandoquidem interna eius discretio personalis trinitas: exteriorum entium pluralitate supplevit.

- 11 Quid pertinet diuinę obest trinitati? Stauere deo quicq; coeternū: quod Aristoteles & pleriq; philosophorum fecere. Hi enim cum diuinę trinitatis mysterium nequaq; eis innotuerint: mundū deo coeternū esse dixerunt, malentes mudi astuere eternitatem: q; deum fateri ab eterno nihil egisse & ociosum extitisse. Nempe si quicq; deo coeternum est: deus trinus non est. Et si deus trinus est: nihil profecto est illi coeternū. adeo ut vice contrariorū hanc inter se depugnet: deum esse trinū, & deo quicq; esse coeternū.

- 12 Per quid deus colligitur esse perfectus? Per internā, eternā & cōsubstantialē sui actionē. Id enim perfectum est: quod nihil extra seipsum disquirere egit: seu cui omnia quae ad ociositatē deuitandā sufficiant: interior & in seipso exuberanter adiungunt. Si igitur esset deo aliquid coeternū imperfectus esset deus: indigēs exterioris entis presentia: p; quam, a seipso ignava ocia ac tedia infinitis seculis ppulsasset. Quia vero eternę suę actiois & subjectū & obiectū intra sua substātia gremiū complectitur: ideo int̄a se exuberans, omnibus

Theologicarum

plenus & perfectus censeatur.

- 13 Quot sunt p̄cipua & prima dei prædicata quae necessarie de illo enuntiantur?

Quinq; scilicet ens, vnum, infinitum, eternum trinum. Nam in his ferme prædicatis omnis theologia & absoluta dei cognitio versatur. Nosse ei in primis oportet theologum, esse deum, deinde esse vnicum, postea esse immensum, hinc eternū esse, postremo trinum. In his quippe prædicatis differt deus ab omni creatura. Etenim solus deus est qui est: hoc est, qui vere est. Solus vnicus est ab eterno, solus immensus, solus aeternus, solus trinus.

- 14 In quo horum prædicatorum gentiles priscis temporibus errauere?

In secundo, hoc est in vnitate dei. Nam nouerat gentiles, esse quidem deum aliquem: vnicum tamen esse & consortē nō habere nequaq; cognovierunt: sed ad plurimum deorum cultum, nepharie prolapsi sunt: immultiplicabilem dei vnitatem in plura diuellentes.

- 15 Per quid presens mundi status aliquo pacto melior q; priscus esse dinoſcitur? Per vnitatem dei: ieu cognitionem & professio nem diuinā vnitatis. Explosa est quippe a mundo, deorum pluralitas. Deorum responsa: vbiq; post Christi passionē conticuere. Iciola quoq; subuersa conciderunt. Nūc igitur a pluralitate deorum felicius ad vnius dei agnitionem & cultū totus mundus resipuit, quādoquidem & Arabes & Iudei & Christiani: vnicum deum adorant: coiunt: venerantur.

- 16 In quo eorundem prædicatorum pecant Arabes & Iudei?

In quinto, scilicet in trinitate. Nam & esse deum & vnicum esse: & immensum atq; eternum: tam Arabes q; Iudei cōfidentur. Trinitatem vero illius, inficiant. Et nō mō inficiant, sed & nos trinitatis cultores: plurimum deorum assertores appellat: nequaq; intelligere valētes, quo pacto psonaliter trinitas, diuinā substātiā nequaq; diuellat ac dispartiat. In primis igitur prædicatis nobiscū sensūt, in supremo discentiunt.



Liber. I.

17 Quo pacto stāt hē due simul verē tan
tū vñus est deus: & de⁹ nō est tñ vñ⁹?
Harū ppositionū prima: scilicet tantū vñus est
deus, equipollent huic: nō sunt multi dī. quæ est
pluralitatis deorū exclusua. Scđa vero quæ est:
deus non est tantū vñus, huic coïncidit: de⁹ nō
est solū vñus, sed vñ⁹ & trīnus. Ambæ igitur si-
mul verē sunt. Nā prima sic diuīnā assert̄ vñita
tem: vt exteriori dei nūero & pluralitatī deorum
adu erſetur. Scđa vero haec tenus diuīnā: astruit
prædicat ue vñitatē: vt nequaq̄ internum dei
numerum id est trīnitatem excludat.

18 An diuīnus numerus: diuīnē vñitatē
aduersetur?

Diuīna: vñitatē: diuīnus exterior numerus: hoc
est deorū multitudo aduersat̄. Nam simul stare 22
nequ eunt: tantū vñū esse deū & plures esse de⁹
os. Diuīnē autē vñitatē: diuīn⁹ intern⁹ numer⁹,
nequaq̄ cōtrariū euadit. Stāt q̄ppe simul: vñi-
tas dei & trīnitas dei. Vñitas qđem substāntialis.
Trīnitas vero personalis. Etenim vñitas & nume-
rus: contrarie sumptū, contrariū non sunt.

19 An nequeat naturali ratione arcanū
dīnoſci trīnitatis mysterium?

Mens fide diuīnīt⁹ illustrata: per facile ex his quæ
naturalia sunt: arcanū diuīc trīnitatis mysteriū,
ratiōe cōprobabit. Nā & ex ratiōe diuīnē bonita-
tis & actiōis & sapiētię: palā diuīnē trīnitatis de-
mōstratio colligit; cū nequeat bonū esse: nīsi qđ
diffusiuū suū: seq̄ ip̄m alīcū īmpatiens; cū item
neq̄at ēterne agere, circa seip̄m: nīsi cuius substā-
tia, absq̄ sui diuīfione: ī extrema & mediū dī-
creta fuerit; cū deniq̄ sapiens nō sit: nīsi quod se
ip̄sum nouerit, seq̄ ipsum intueri possit. 23

20 Quopacto p̄ trīgonā pyramidē: diuī-
nē trīnitatis mysteriū sit īvestigādū?

Trīgona pyramis: primū est & mīnimū mathe-
maticoru corporū iure eodem cunctis præstati⁹,
in quo est reperire pūctū, līneā, supficiē, & corp⁹.
Hoc ergo pacto ex trīgona pyramide: diuīnam
scrutare trīnitatē: dicēs patrē esse vt diuīna: sub-
stātie pūctū, intervero patrē & filiū, & sp̄m sēm:
statue diuīnā supficiē. Vbi autem tres personas
ad coincidentiam diuīna totius substātie re-

Fo. III.

duxeris: dic ibi conflari, totius diuīnē pyramidis
plenitudinem & corpulentiam.

Quæ sit ppositionū varietas: q̄ ex di-
uīna trīnitate in pyramidis analogia
eliciatur?

Prīma dei ppositionē est hēc: pater est, quæ est vt di-
uīnē pyramidis primordiū seu punctū. Secunda
vero est hēc: pater gignit filium, quæ est vt diuī-
na linea, seu motus vñius in vñū. Tertia est hēc:
pater & filius spirat̄, spirītū sanctū: quæ est, vt di-
uīna superficies: seu duorū motus in vñum. Supre-
ma vero & quarta enunciatio, est hēc: pater fili⁹
& spirītus: sunt vñus deus, quæ est vt diuīnū cor-
pus: seu trīum ī vno coincidentia ac perpetua
in identitate mansio.

Quot sunt quæ ad diuīnē vñitrinita-
tis arcanā ſcientiam ſufficiant̄?

Septē: scilicet vñitas, trīnitas, aequalitas, ſimi-
litude, ordo, pproprietas, ſufficiētia. Vñitas em̄ con-
functio & inseparabilitas est diuīna: totius sub-
ſtantiae. Trīnitas vero: personalis eius discretio,
in patrem, filiū, & spirītum sanctum. Aequalitas
paritas est personarum: nihil maius aut minus,
prius aut posterius edifferens. Similitudo: vñi-
formitas est diuīnū qualitatum & cōmunium
dei appellationum, vt bonitatis, veritatis, ēterni-
tatis & aliarū huiusmodi. Ordo: indicat patrē,
primam esse personā, filiū secundam, spirītū ter-
tiam. Proprietas ostendit patrem gignere, filium
gigni a solo patre, spirītum procedere ab utroq.
Sufficientia: haud plures ī deo personas esse q̄
tres, attestatur: quaternitatem personarū & aliū
quemūs earum numerum/excludens.

An diuīna īterior & cōsubstantialis
operatio p̄ quā deus trīn⁹ est: vñico ac
ſimplici radio absoluatur?

Minime: sed dupliči. Alio quidē directo: alio ve-
ro reflexo. Nā directus radius filium gignit: re-
flexus vero spirītum profert. Estq̄ directus radi⁹
generationis: reflexus vero pcedētię appellād⁹.

Quid est directus dei radius: & quid
reflexus?


Directus radius is est: quo pater gignit filium dat
q̄ esse filio. Et is est vñicus, primus, ſimplex.

A iii



Questionum

Reflexus vero est quo pater & filius: spiritui sancto esse largiuntur. Et is est. Vn⁹ qui dem vt pcedes a patre, vn⁹ vt procedes a filio: in persona spiritus sancti eadem numero, concurrens. Directus enim diuinat⁹ radius est vt a b: Reflexus vero vt ac & bc.



25 An i puncto & in profundo diuinę pyramidis: contingat diuina aliqua inter¹ na operatio².

- Nequaq. Nam omnis diuina consubstantialis actio: contingit in duplice magnitudine, scilicet in linea & in superficie. vt in linea a b: & in superficie a b c. Linea quippe a b: generatio est filii a patre, superficies vero a b c: processus est spiritus sancti ab utroq. In puncto autem a: nulla constitut actio: nec in profundo a b c d. Etenim hec tria a b c, nec gignunt nec producunt d.

26 Quod est diuinum punctū: q̄ linea: q̄ superficies: quod profundū seu corpus? Diuinum punctū est a, patris persona. Diuina linea est a b: filii a patre generatio. Diuina superficies, est a b c spiritus sancti ab utroq emanatio. Diuinum vero corpus seu profundum: est a b c d. quę est trium personarum in substantiali dei vni tate coincidentia.

27 Quae sunt horū interuallorū in deo proprietates ac differentiae?

Hę sunt: quia punctum dei, explicat esse patrem. Linea vero filium gignit a patre. Superficies: autē spiritum procedere ab utroq. Corpus demum trium personarum substantialiem explicat unitatem. Hęc propositio pater est: diuini proprietas est punctū. Hęc vero pater gignit filium: diuinę lineę proprietatem aperit. Hęc autem pater et filius, spiritū sanctū eliciunt: diuinam superficiem ostendit. Hęc deniq; pater & fili⁹ et spiritus sanctus, sunt unus deus: diuinum profundum confuse enunciat.

28 Cur filius interdum media persona in terdum vero extrema nūcupatur. similiiter & spiritus sanct⁹ nunc extrema per-

Theologicarum

sona nunc media vocitatur?


Pater i diuinis: quoū modo prima persona est. filius autē & spiritus sanctus: extremę ac mediae psonarū, nō b⁹ officio & ordine variat. Nā fili⁹, ordine medius est. spiritus vero ordine extrem⁹ ac tertius. Attamen officio, filius extrem⁹. Spū vero velut ambig; connexio: medius reperitur. Mediū igit̄ ordinis in deo, filius est: qđ est extremū officii. Spū autē extremū ordinis: mediū officii & cōplexionis ambig; extremorum.

An generatio filii & emanatio spū, sancti: non sint vna aliqua dei actio?

Generatio filii & processus spiritus sancti: sunt vna aliqua dei in seipsum progressio ac naturalis conuersio. per quā trinus perfectus ac sapiēs hoc est seipsum noscens: deus pronunciatur. Sicut em̄ visibilis oculus: dū vnicē in speculo seipm̄ intuet̄: in veritatē imaginē & vtriusq; mediū aliquo pacto discernit̄: ita & q̄ dei cōtemplationē noiat: omnē cōsubstantialē dei exprimit actionē, q̄ generatione & processu, in vniuersi substantiæ perso nali trinitate adimpletur.

An idem sit quod spirat pater ei quod spirat filius?

Quod spirat pater & quod spirat filius: sunt eadē numero: persona spiritus sancti. quę nō cōfusse, sed discrete, a patre & filio procedit. Si em̄ cōfusse a p̄te & filio spū manaret. a nequaq; ab utroq; in triangulo a b c: per lineas a c: & b c: deriuaret. Essent em̄ lineę a c & b c: per quas ab utroq; pcedere, spiritus intelligitur: inter se cōfusus & linea vna. Est autē idē nūero c: qđ procedit ab a & b: sed linea a c & b c.



An eodē modo pater & filius sint vnu in diuina substatiā: & vnius in spū sc̄tō. Minime. Nam pater & filius, sunt vnius in spiritu sancto: vt quaedam extrema concurrentia in medio. In diuina autem substatiā nodo: nō modo pater & filius sunt vnius: sed & spiritus sanctus pariū est substanciali vinculo cū ab ob⁹ so ciat. Spū em̄ sc̄tis personalis est copula: diuinorum extremon⁹ patris & filii. Diuina autē substatiā

Liber. I.

essentiale vinculum est trium diuinorum suppositorum: patris: filii & spiritus sancti.

32 An diuinorum trium personarum nomina: sint propria & singulis accommodata? Pater & filius que sunt extremum nominis personarum: coniungunt illis ut ad unum dicuntur. Nam pater est filii pater. Et filius patris filius. Spiritus quoque sanctus (quod est mediae supremaque personae nomine) eisdem copertit ut ad extremas refertur. Nam spiritus: et patris et filii spiritus est/ ac sacra emanatio. Extremum tamē personarum appellations: ad medianam impropriæ sunt. Nam pater non est spiritus sancti pater. Nec filius, est filius spiritus sancti.

33 An diuina interna actio: sit annexa passioni. vt deo in seipso agente quicunque patiatur?

Diuina interna actio/est a passione separata. Agit enim deus intra seipsum: patitur tamen nihil. Gignit pater/gignitur filius. Agit pater/ non tamen patitur filius. Pater item et filius: spirant spiritum sanctum. Spiritus vero sanctus ab omnibus profertur. Agunt pater & filius: erga spiritum. Spiritus tamen impassibilis manet.

34 Quomodo diuina interna actio: nequaquam conuertitur cum passione?

Quia diuina interior actio: est ipsius esse largitio. Nam pater gignit: dat esse filio. Pater quoque et filius: spiritui sancto esse largiuntur. nec aliud quicquam: dat pater filio/que esse: nec pater & filius: aliud cōferunt spiritui preter esse. Quapropter diuina consubstantialis actio: est a passione separata. quādoquidē omnis passio sit substantialis forma aut accidentis/in subiecto receptio.

35 Quæ est hec actio: quam passio committatur?

Productio formæ: aut substancialis, aut accidentalis. Omnis nempe forma: ei in quo profertur subiecto, passionem infert. nec usque fieri potest ut productio formæ: nate esse, ac recipi in subiecto: sit a passione separata. In deo autem: nullum subiectum nulla forma aut substancialis aut accidentia: quare nec actio passionis sociata.

36 Quomodo differt in diuina cōsubstâ

Fo. IIII.

tiali actione: processio a generatione? Generatio filii, est unus ab uno: processio vero unus a duobus. Generatio est extremi ab extremo, processio vero medii ab extremis. Generatio directione: processio vero reflexio adimpletur. Generatio fit in linea: processio in superficie. Generatio est motus unus in uno, processio vero motus duorum in uno.

37 An plus accipiat spiritus sanctus a patre que a filio: aut plus a filio que a patre? Aequam substantię portionem: mutuat spiritus sanctus a patre & filio. Omnis quippe inæqualitas: procul a diuinitate abest. Non enim magis patris propinquat spiritus que filio: neque magis filio que patri, sed eque utriusque propinquus est: & parib[us] radibus ab utroque pendet.

38 An prius pendeat spiritus sanctus: ab uno extremorum que ab alio?

Aequalitat[er] substantie: annexa est æqualitas durationis ac permanentiae. Consequens enim est, ut spiritus sanctus qui aequam substantię portionem, a patre & filio capescit: non prius etiam ab uno que ab alio procedat. Quippe qui haud quaquam ab utroque separatis: sed una simulque, totus procedit. Dividit enim spiritum sanctum: qui prius illum ab uno extremorum, que ab alio educit ac perfert.

39 Quo pacto senarius pectorum numerorum primus in diuina trinitate repiatur? Pater monas est, filius dyas, spiritus sanctus trias. Ex monade aut dyade ac triade: senarius perfectiorum numerorum primus conflatur, qui & tertius trigonus est: & ternis partibus exultat: monade, dyade ac triade. Hunc ergo numerum: metito tertrum appellamus. Nam trinum, ut trigonum. Trinum, ut tertium trigonum: Trinum, denique ut tres partes habentur.

40 An interior dei operatio sit voluntaria? Qui dixerit interna dei operationem per quam trinus est, esse voluntariam: fatetur & illa esse contingenter, deinceps si ipsi voluntarie, substanciali esse impertitum. Dicimus autem interna dei operationem nequaquam voluntate & contingentia: sed natura & necessitate esse metienda, ut pote que alter esse non potuit.


41 Quotuplex est vinculum trium personarum?

A iii



II Questionum

Duplex. Vnū substantię. Aliud volūtatis. Nam tres psonę & vna substātia sunt; & voluntate pa-



res. Vnū sunt: & vnū volūt. Sicut enī substātiali vinculo sibiipsis adalliganſ: ita & vnanimitate cōcordia & paritatem volūtatis: p oia in vnū conspirat. nec possibile est vt altero horū vinculorū: ab inuicē diducant separant dissocientur.

42. An generatio filii a patre: sit prior emanatione ſpūſ sancti ab vtroq;

Prior est ordine, nō prior duratione. Nā sicut ab ēterno, genit⁹ est fili⁹ a patre: ita & ab ēterno, ſpiritus ab vtroq; pcessit. Aeternus est pater: Aeternus filius. Aeternus ſpiritus ſtūtis. Semp genuit pater flū. Semp pater & fili⁹ ſp̄m sancti ptulerit. Nūq; ſuit pater, abſq; filio, nūq; pater & fili⁹: abſq; ſp̄ ſcđo. Sicut tamen fili⁹ pater ordine p̄it: ita filius ordine tenus ſp̄ m pcedit. Nā pater pſona prima: fili⁹ ſcđa: ſp̄s tertia.

43. Cum pater genuerit filiū ab ēterno: quo pacto nunc quoq; gignit eundem Et ſpiritus sanctus cū ab vtroq; pcesserit ab ēterno: quō nūc etiā ab iisdē pcedit?

Diuina interna actio: utramq; qualitatē hoc est & ſuccesſiuā & permanentē imitatur. Successiuam quidē, vt ſemp est in ſieri: permanētē vero, vt est ſemp in eſſe. Quapropter fili⁹ idē, q; genit⁹ est ab ēterno: & gignit & gignet aſſidue. Et ſp̄ ſtūtis q; ab ēterno pcessit a patre & filio: idē i numero, ab iisdē & procedit & iugiter processurus. Similē ūtū est diuina operatio, ſuccesſiuę qualitatē ex pte

Theologicarum

principii: ppter aſſiduā a cauſa depēdentiā: pma nenti vero ex parte ſuīs: ob diuīnorū partuum permanentiam, ſtatū & idētitatē.

44. Quomodo differt extera dei actio: ab interiore?

Differt in trībus: ſc̄līcet ſubſtantia, durațione & obiecto. Subſtantia quidē, quia incoſubſtantia lis eſt: & extra diuīnam ſubſtantiam profuſa. Duratione, quia mīnime aeterna: ſed tēporanea. Obiecto vero: quia circa obiectū nihili perfecta. Nā per eam, de nihilo cuncta emerſere: ex non eſſe in eſſe diuīnitus traducta.

45. An extera dei actio aliqua neceſſitate pependerit?

Diuīna trītā: creationis tollit neceſſitatē. Nā deus, quia trītus eſt: ociosus non eſt: nec extero aliquo indiget ente: ſibi ſoli sufficiens. Que igī creauit deus: hēc nulla neceſſitate, ſed ſola volūtate & clementiſi nq; bonitatis iſtinctu produxit. Sicut enī interna dei actio: neceſſitate & eternitate ſubnīxa eſt: ita & extera, per contingētiā, voluntatem ac tempus venit metienda.

46. An deus parem habeat in ſeipſo potestatē quo ad eſſe & non eſſe: quam habet in creaturis?

Nequaq;. Nam dedit eſſe creaturis: q; ſibi metiſi eſſe non dedit. Poteſt & annihilare creatures qui tamē ſeipſum annihilare nequīt. Ipe enī ſubſtantiale nodū creatures & ſtrinxit & ſoluere poſteſt: qui ſuīq; ſiſius ſubſtantia nodum, nec voluntarie vinxit nec resoluere poſteſt. Opifex eſt omniū: qnō eſt ſuīq; opifex: creauit oia: q ſeipſm non fecit. Diuīna igī potētia haud eodē modo ad deum & ad creatures, ſe habere iudicatur.

47. An ſit deus impotens in ſeipſo: tanq; qui nec ſeipſum fecerit: nec ſibi ipſi ſubſtantiam adimere poſſit?

Minime. Q; enim nec ſeipſum fecerit: nec ſibi ipſi naturalem ſubſtantiam adimere queat: id imbecillitas & impotentia nō eſt. ſed virtutis & potentiā exuberantia atq; immensitas: quaſi per eam dicere licet ſuperari & obrui deum a ſuaipſius immensitate: vt poſte qui non potens eſt non fuſſe: nec potens non eſſe. Nam poſſe non eſſe ſeu

posse negare seipsum: haud quaquam potestati & virtuti: sed infirmitati potius ascribendum.

48 Qualiter hae duae simul vere stat: potu^s it deus ab aeterno: creare omnia: & non potuit deus ab eterno: creare uniuersam. Prima propositio huic aequali potest. Secunda vero huic coincidit: non potuit deus facere omnia si bi coeterna. In prima iungitur est particula ab eterno: cum verbo potuit. In secunda vero diuidenda est determinatio ab eterno: a verbo potuit: & cōstruenda cum infinituuo verbo creare.

49 Cū deus potuerit ab aeterno creare omnia: cur noluerit ab eterno ea pducere? Edocuit precedens quo pacto potuerit & non potuerit deus: ab eterno creare uniuersam. Potuit enim secundum adiacetiam potestatis: quae illi affuit ab aeterno. Nam deus, est eterna creationis omnis potestas: & non potuit: per presentiam realis existentiam, quandoquidem implicat contradictionem: villam esse creaturam deo coeternam. Noluit igitur deus ab eterno facere: quod ab eterno fieri non potuit.

50 An ideo impotens sit deus: quia non potuit ullam pducere ab eterno creaturam? Nequaquam impotens, immo vero immensus est coligitur. Nam si quicquam produxisset ab eterno: illud esset deo coeternum, diuisum ab eius substantia. Atque id non posset effectus esse & opificium dei: quod esset illi coeternum. Debet enim opifex: ante cellere omne suum opus. Aduersatur igitur tam diuinae potentiae quam trinitati: esse deo aliquid coeternum, quod sit ab eius substantia alienum.

51 An possit deus ens aliquod extra se actu infinitum?

Sicut non potest deus extra se ens aliquod, sibi coeternum & simile in aeternitate: ita non potest extra se ens aliquod, actu immensum: sibi ipsi par & aequali in substantia. Conuertuntur enim adinuicem: aeternitas atque immensitas: quae sunt proprietates dei incomunicabiles: cum solus deus & aeternus & immensus sit. Nam posse deum aliquod ens extra se aeternum atque infinitum: est deum posse cadere a deo seu deum negare seipsum. Si autem

deus a deo cadere nequit: nec utique potest extra seipsum, equali sibi ente propagari.

An deus aliquando faciet quicquid factum potest?

Et si immensis seculis, de aliqd pcrearet: nunquam tamen id faciet: quod facere potest. Immensa quippe est ei potestas: quam nec quum ullum, nec exterior villa substantialia, capescere, exhaustire, & exanimare sufficiunt. Semper igitur quicquid factum erit: longe inferius erit, eo quod fieri possit.

An interior dei operatio perinde atque exterior fiat circa nihil?

Minime. Nam pater, non dat esse filio de nihilo, neque pater & filius: spm sanctum de nihilo producunt. Interna quippe dei operatio ex esse, profert esse: et lumen elicit de lumine. In hac enim: priuatio, tenebre & nihil, locum non habent: quae solidi exteriori diuina operationi accommodantur.

An deus de sua met substantia creaerit uniuersam?

Non. Diuina quippe substantia imparicipabilis est: cuius non potest pars vlla, a toto diuelli. Si autem deus de sua substantia, omnia procreasset: diueleretur primis pars aliqua diuina substantia a tota, ex qua fieret omnia. Insuper & omnia essent ab eterno & coequalia deo: que per summis inconveniis exhibilamus.

Ex quo fecit omnia deus?

Manifestum est cum solus deus fuerit ab eterno: & is de sua (quippe imparicipabili) substantia nulla procrearit entia: illum omnia de non ente, sive de nihilo pcreasse. Nulla siquidem illi affuit materia, aut quouis alia substantia eidem coeterna: ex qua omnia patravit.

An toti nihilo: sive non enti: dabit esse deus?

Hec fere coincidit cum quinquagesima scda. Si enim toti nihilo sive non enti, non utique daret deus esse: faceret & opere impleret, quicquid facere potest. Nunquam igitur erit totum nihil, nunquam id totum quod non est accipiet a deo substantiam, sed quicquid hactenus de nihilo factum est: per exigua quadam eius est portio quod nundum est/quodve in nihilo relictum.

A v

nō
qd facet si
totu qd po
impleret
q d
de fere
imma f
coz q nō
du fert

Questionum

Theologicarum.

57 Vbi est mundus seu quicquid creatum est?
Cum praeter creature super sit solus deus: necesse est mundum sive omnem creaturam receptam esse in deo & subsistere in deo: sicut temporalis imaginem in aeterna veritate: & finitam substantiam in infinita substantia. Est enim deus immensa sphaera: cuius centrum est ubique & circumferentia nusquam: circulus plectens & ambiens omnem suam creaturam.

58 An deus per creationem omnium immutatus sit?

Vniuersorum creationis nullo pacto per se: diuinam substantiam immutauit: quia sicut ante creationem omnium erat infinita: ita & post ortum eorum permanet perseveratque immensa. Immutauit tamen deum secundum accidentem: quia quod solus fuit ab eterno: desuit esse solus: incipiens esse socialis:

59 An diuina sphaera: sit orbis concavus vel potius solidus?

Diuina sphaera orbis immensus est: natura solidus ad centrum usque simili ente id est diuinitate plenus. Non enim pro modo & quantitate creaturem: 64 cessit diuinus orbis: intra seipsum: sed & creature in deo sunt: & deus in creaturis manet. Nam creaturem vniuersitas totiusque vniuersi moles: diuinę collatione sphaera: centro persimilis iudicatur.

60 An extra diuinum orbem migrare possit mundus aut villa creatura?

Nequaquam. Sicut enim centrum extra captum suae circumferentiae fieri nequit: ita & omnis creatura cum ab immenso sui creatoris obruatur orbe: ab eius ambitu emigrare prohibetur. Haud enim finitum fieri potest extra captum infinitum. Unde fit ut felix sit status creature: quam suum creatoris presentia et naturalis circumstantia nunquam destituit ac deserit.

61 An deus in aeternum creabit aliquid? Sicut deus non ab aeterno aliquid creauit: ita & nequaquam aliquid in aeternum creabit. Etenim creatione quae est nouorum entium de nihilo productio: sicut principium habuit: ita est & finem ac terminum habitura. Nam neque aeternitas negatur: sed tempus, creationis mensura.

62 An deus in aeternum conseruabit aliiquid?

Etsi non in aeternum creaturam est aliquid deus: est tamen in aeternum conseruatur aliquid. Nam angelos, rationales animas & materiam propter easdem animas, immortalitate donauit: volens eas in futuro toto quo permanere: et naturali substantia nunquam spoliari, destitui, priuari. Praeter ea vero quae diximus: cetera cuncta mortalia obnoxia cernuntur.

63 An creatio secundum terminum diuinę potentię definita sit: aut potius iuxta metam diuinę voluntatis?

Nequaquam iuxta terminum diuinę potentię definita est ipsa creatio: sed solum iuxta modum diuinae voluntatis. Nam non ideo plura non creata sunt entia: quia creari a deo non potuere plura: sed quia plura creare noluit. Diuina enim potentia immensa: cui in exteriori creationis actu, terminum: non natura aut necessitas villa sed sola voluntas imposuit. Quae namque potuit infinitos procreare mundos: tantum unum creare voluit.

An deus quadam necessitate & indigentia: conseruabit in aeternum aliquid? Qui nulla necessitate: sed sola voluntate omnia de nihilo fecit: is nulla necessitate sed sola bonitate & communicatione sui instigante: aliqua in aeternum saluaturus est. Etenim non magis egebit in futuro seculo deus angelis, rationalibus animabus & materia: quam in priore indiguit: fuit in primo quo solus potest & in futuro perseverare solus.

Quomodo potest & non potest deus annihilare omnia?

Potest potentia absoluta. Et non potest potentia ordinata. Nam sicut per potentiam absolutam: omnia eduxit de nihilo: ita & vi eiusdem immensa & incircumscripta potestatis: potest omnia rursum conuertere in nihilum. Attamen non omne id vult deus: quicquid posse predicatur: siue quo ad creationem sive quo ad annihilationem omnium. Vult enim eas presentem quas ad imaginem sui procreauit: permanere quaternas.

66 Quid est potentia dei absoluta: quid item ordinata?

Potentia dei absoluta est potentia simplex ut in

telligit a voluntate & ratione separata. Potentia vero eiusdem ordinata: est ei⁹ potestas voluntarii, bonitati & rationi annexa seq̄ rationi subiiciens. Potest enim deus simpliciter & absolute angelos, rationales alias & materiam in nihilum perdere. Hec tamen ut bonus ut rationabilis non perdet: sed in futurę immortalitatis quo clementer saluabit.

67 An haec potentiae: sint in deo diuersae atque distinctae?

Nequaquam. sed una sunt potentia numero, q̄ ut simplex & immensa, vocat absoluta, ut vero circumscripta: & bonitate, voluntare ac ratione, p̄ creaturam modo & salute, contracta: appellat ordinata. Absoluta quippe potentia cuncta de nihilo produxit: quoniam nonnulla, ut potissima entia: ordinata potentia iugiter saluabit. Absoluta potentia: secundum deum est metienda. Ordinata vero: iuxta modum, naturam & capacitatem creaturarum est contrahenda.

68 Cū potentia dei absoluta immensa sit ordinata vero potentia finita: quomodo non sunt haec diuersae atque distincte potentiae?

Vtrumque potentia sicuti diximus, una est numero potentia: actu immensa atque infinita. Hec tamen ut extra diuinam substatiā, finite operatur: sequitur ipsam, naturam creaturarum accommodare studet: finita & ordinata vocat. Ois enim diuina potentia: secundum esse in deo, immensa, exteriore tamen ope & exequatione: finita est, contracta, ordinata.

69 Quid replebat omne mundi spatium: priusquam mundus crearetur?

Sola veritas diuina: quam plenius non irrationabiliter, immensam sphaeram appellat: cuius centrum ubique est & circumferentia nullusq. Diuina quippe ueritas nec cessit creaturis: nec exclusa est ab ipsis. Ipsa siquidem in omnibus permansit, & oīa intra suę plenitudinis atque immensitatis gremium, abyssumque recepit. Dedit enim non cedens: intra arcana suę substantię septa, oīa suę creature locum, mansionem ac sedem.

70 Quanta est repletia & plenitudo universi: collatione dei?

Nulla. Nam se habet uniuersum ad deū: sicut ceterū ad immensam circumferentiam. Si igitur nulla est pars ceteri, ad finitam circumferentiam: quanto magis nulla est centri, ad circumferentiam immensam proportionis ratio. Quare & uniuersi replentia: diuinę collationē sphaerę cōsecat nulla.

71 An tempus sit cum aeternitate proportionabile?

Nequaquam. Nullum siquidem finitum: proportionem habet ad id quod est immensum. Tempus autem finitum: ut quod utroque termino, principio ac fine coerceat. Aeternitas vero utriusque immensa: nullorum terminorum habitu limitata. Unde fit ut eo modo se habeat tempus ad eternitatem: sicut & replentia uniuersi, ad plenitudinem diuinę ueritatis.

72 Cū mundus sit ut diuinę immensę sphera: ceterū: diuinę autem sphaerę sint infinita numero cetera: in quo eorum est mundus? Mundus diuinę sphaerę immensitate vndeque obruit: fixus in meditullio eiusdem, sicut ceterū quodā in immensi circumferentia: ambitu. Et quod diuinę sphaerę sint infinita numero centra: non tamen ubique est mundus, neque per infinita diuinę totius sphaerę cetera vagat assidue locum, sed ē, statimque demutans. Ut prius in uno cetero, posterius vero in alio residat, sed in uno aliquo ī quo volūtate dei factus substitutia accepit) fixus atque immotus permaneat.

73 Quot potest deus creare mundos? Tot numero: quotquot sunt cetera, in diuinę totius sphaerę immensitatē. Si igitur in diuina sphaera sunt numero infinita centra: potest & deus creare mundos numero indefinitos. Quotquot enim crearentur mundi: hinc nunquam diuina cuncta expenderent centra: neque ad diuinę sphaerę circumferentiam, ambitum ac terminum pertingere sua mole sufficerent.

74 Cur creauit deus tantum unus mundus: cū queat infinitos?

Quia & ipse tantum unus est. Nam deus veritas est & exemplar mundi. Mundus autem, diuina quadam imago ac reluentia. Unica autem ueritas in unicā pariter imaginē, extra seipsum relucere. sequitur speculari & propriū vultū agnoscere voluit. Atque hanc ob causam: una, unus mundus percreauit.

Questionum

Etenim vultus unus, qui ait at speculo: haud plures sed unicam suum imaginem, in speculo perfert.

75 Qualiter possit deus extra se producere infinitum: & non possit extra se infinitum?

Potest deus extra se producere infinitum, secundum numerum. Et non potest extra se infinitum secundum substantiam, deus enim est finitus numero. Nam tantum unus. Substantia vero est immensus. Deus igitur e modo quo finitus est, hoc est numero: potest extra se infinita. Eo vero modo quo est finitus, id est substantia: non potest extra se, ne unum quidem infinitum.

76 Cum deus possit infinita numero producere entia: an aliquando hic infinitus numerus perducetur ad creationis & essendi actum?

Nunquam. Nam si hic numerus adimpleret & producere ad essendi actum: subsisteret extra deum aliquid ens actu & substantia infinitum, quod fieri nequit. Etenim ex entibus, substantia quidem finitis, actualiter numero infinitis: conflare moles entis alicuius, actu & substantia immensi. Impossibile est igitur ut infinita numero entia, quae producere potest deus aliquando ad essendi actum: perducantur.

77 Quo pacto diuina potentia: contrarie per creaturas seu mundum explicatur?

Hoc modo. Nam dicimus diuinam potentiam seu deum tantum esse unum & infinitum. Unus ergo, multa potest. Infinitus: finita, non autem unus: tantum unum potest: neque infinitus: potest substantia littera infinita. Ad hunc enim modum, unitati creatoris multitudo creaturarum: & infinito opifici finita opifica, contrarie respondere cernuntur. de quippe ut finitus est: potest infinita. Et ut infinitus: potest tantum finita, nam finitus est numero: & potest infinita numero. Substantia autem infinitus est: cum tamen nequeat substantias producere immensas.

78 An sicut solus pater in diuinis: est genitor filiorum: ita & solus pater sit creator mundi?

Haud eodem modo de extera dei actione: sicut & de

Theologicarum

interna sentiendu. Nam interna: fit iuxta personarum proprietatem. Solus enim pater, genitus filius, sol pater & filius spirat spiritum. Extera autem dei actio hoc est uniuersi creatio: nequaquam proprie: sed cetera tribus personis emersit. filius enim concreauit patri: & spiritum: una etiam cum patre & filio, cuncta creauit Haud igitur sicut sol pater est genitor filii: ita solus pater est creator mundi.

79 Si oes tres personae: mundum concreauere: cur alia est mundi pars similis patri: alia filio: alia spiritui sancto?

Ad hanc analogiam respondet patri Eu filio Cain spiritui sancto. Attamen quilibet diuina persona: cui iuslibet horum creationem, est opera. Deus enim coniunctim & absque differencia seu proprietate suarum personarum condidit uniuersum: in plenitate tribus uniuersi, arcana sui mysticorum vel numerum signauit: ut ex ordine, numero & congruentia creaturarum: in eternum ipsius decor, ordo atque discretio agnosceret.

80 An deus instigatione creaturarum aut hyatu nihili: produixerit uniuersum?

Minime. Nam non erant creature: priusque ille fierent. Quod ergo earum instigatio: excuerit deum in creationem uniuersi, Rursum nihili & eius quod non est nullus est instinctus nullusque hyatus. Non igitur hyatus halitusque nihili: induxit deum ut crearet uniuersum.

81 Quae praesertim diuina qualitas deum induxit: ut crearet uniuersum?

Bonitas & communicatio sui, hec enim diuinum radium, extra diuinam substantiam elicuit. et quae ab exteriori intra diuinam substantiam ferebatur consubstantiali partu fecundus: extra tandem diuinam gremia eduxit: ut exterioribus tenebris illucaret & in consubstantiali foetu propagaretur. Non enim statim ut pulcher, ut sanctus, ut perfectus, creauit mundum sed ut bonus & diffusius suis.

82 Quid est bonitas & quid malitia?

Quid sit bonitas precedens expressit. Est enim communication & impartitio sui. Bonitatis igitur ratio, diuinum radium: tam intra diuinam substancialiter quam extra eandem elicuit, omnesque dei partus siue consubstantiales siue in consubstantiales prae finivit. Pater enim ut bonus: filius genuit. Ex ambobus quoque beatitatis ratione secundus spiritus emersit. Ac demum

Liber. I.

Fo. VII.

duce eadem bonitate: vniuersum a patre filio & spiritus sancto emanauit. Ex opposito autem bonitatis: diffinienda malicia. Nam malicia negatio sui est: & propriorum radiorum in seipso retentio. Si malus fuisset pater: non genuisset filium. nec pater et filius protulissent spiritus sanctum. nec pater filius & spiritus sanctus precesserent vniuersum. Diuinus enim radius, bonitatis ratione: a patre ipius emersit in filium. A patre & filio in spiritum sanctum. Ac denique a patre filio & spiritus sancto voluntarie in nihilum, ex quo procedit vniuersum.

53 An creatio vniuersi diuinam adauxerit bonitatē: tanquam quae prius dūtaxat intra seipsam lucebat: postea vero extra seipsam illuxerit?

Et si diuinus radius, ab aeterno dumtaxat intra diuinā substātiā splenduerit: nunc vero & intrus & extra luceat: nō est tamē nunc melior deus, q̄ sit ab aeterno. Nam bonitas eius: & eterna est & imemensa. Quod autem est immensum: id nullo pacto adaugeri & maius fieri potest. non est igitur creatione vniuersi: diuina bonitas effecta maior.

54 A quo sumitū initium diuinī totius radii siue interior siue exterior progressio? A patre. Nam pater fontana deitas est: & diuina rum personarū prima, quae a nullo genita, creata, procedens, acta. Ab hoc enim diuinus emersis radius filium patit. Idem vero radius inter utrumque reciprocus spiritum profert. Qui demum per tempora, extra diuinę substantię septa erunt pens: vniuerso ortum dedit.

55 Quot sunt: diuinī partus?

Generati tres: duo cōsubstātiales vt filius & spiritus, & unus incosubstātialis vt vniuersum. diuinus quippe radius intra deum, duo profert: filium scilicet ac spiritum. Extra autem deū, elicet unum vt mundum. Persona enim partis: diuinus foetus non est. vt pote a qua diuinus radius sumit siue totius progressionis initium.

56 Quo pacto trium huiusmodi diuinorum partuum: explicāda sit differētia? His tribus: generatiōe, processu & creatiōe. Nā gigni p̄priū est filii. procedere spiritus sancti: creatiōe vero p̄prium vniuersi. Gignit enim filius: procedit sp̄s,

creatus est mūdus. Rursum filius: foetus est vniuersus, vt patris spiritus vero partus est duorum: p̄pis & filii. Mundus autem foetura triū: p̄pis inquit f. lii ac spiritus sancti. Etcnū vnu ab uno gignit: vnum a duobus procedit: vnu creatū est a tribus psonis.

57 An sicut consubstantiales dei partus filius ac spiritus: sunt in actu assiduo: hoc est in generatione & processione iugiter ita & partis incosubstātialis: sit in creatione assidua & emanatione perpeti a suo creatore?.

Nequaquam, nā diximus internos dei partis: cōlecti naturā tuisque qualitatibus, hoc est successione atque permanētis: vt pote q̄ & semp pariantur: & iugiter sūde sunt. At incosubstātialis dei partus id est mundus: haud quaque successione sed solus permanentis qualitatibus naturā cōprehendit. Qd enim creatū est semel, siue permaneat siue dispereat: nequamplius procreatur.

In quo p̄cipue incosubstātialis dei partis: hoc ē mūdus: cōsubstātiales partis imitantur. Nō in adeptione substātiae: sed in consequentiōe & renouatione virtutis. Nā mūdus vt diximus q̄ creatus ē semel: haud quaque de cetero substātia a deo accipiet. Mutuat tamen assidua ab illo virtutē: sine q̄ in esse permanere & cōseruari nequit. Imitantur igitur mūdus nō in substātia, sed in virtute: cōsubstātiales dei partis. quia sicut horū substātia, iugiter pendet ab suo initio: ita & mūdus iugiter a deo mutuat virtutem.

An in eo instāti: in quo inchoata est: vniuersorum creatio: sit necessario inchoata? Sicut deus nulla necessitate creauit vniuersum: ita & ei creationē in nullo istāti necessario inchoauit. Equidē cōcepta ē in aliquo certo ac definito statim potuit tamen aut antea aut postea inchoari. Nā & locus mūdi in diuina sphera: & tempore eiusdem ēternitatis: nō ex aliq̄ necessitate, sed a diuina sola voluntate: determinationē sui accepertunt.

Cur magis potuit deus differre creationē mūdi vñq̄ in fine ēternitatis: q̄ ac celare eandem ab ēternitatis initio? Quia potuit deus nō creare mūdum: ac differre creationē mūdi vñq̄ in ēternum, nō aut potuit

Questionum

creare mundum ab æterno; quandoquidem nul la creatura; potest equalis esse suo authori atq; o pfici. Itaq; magis potuit differre deus creationē mundi vsq; in finem eternitatis: q; accelerare eā dem ab eternitatis initio. Nā nihil obest deo nō esse mundum. Esse tamen mundū ab æterno: & trinitatis diuillit mysterium & diuinam perfe⁹⁵ctionem imminuit.

- 91 An habeat eternitas extrema princi pium finemq; quibus coerceatur?
Aeternitas habet: & nō habet extrema: habet q dem secundum deum: qui totam illā nouit per uagatur apprehendit: quiq; i tota eternitate manet: illius principium et finem noscens. Non ha bet autem secundum nos: quibus media dunata eternitatis instantia seu tempora nota sunt. Nam qui dicit deum fuisse ab æterno: intelligit eundem fuisse ab eternitatis initio. Et qui illum dicit futurū in æternum: intelligit illum fore in ⁹⁶ vsc eternitatis periodum.

- 92 An idea mundi fuerit ab eterno?
Si ideam mundi distinguis & a deo & a mundo: dicimus ideam mundi nec fuisse ab eterno nec esse aliquid. Si autem ideam mundi dixeris eē deū aut conceptionem mundi a mente diuina: dici mus ideam & exemplarem mundi formā: esse ab eterno. Præconcepit enī ab eterno diuina mens mundū quem secundum tēpus perfecit.

- 93 An ab eterno fuerit cōceptus mūd: in mente diuina?

Hac fere est eadem cum precedente. Nam mūdi idea & exemplaris forma: est eiusdē cōceptio in mente diuina. Cū autem diuina mens mutari nequeat: necesse est vt ab eterno illa mūdū cōceperit: & in semetipsa futurū prauiderit. Et nō modo substantia mundi: sed & quātitas & tem pus & locus eiusdem: diuinae mentis ab eterno innotuere.

- 94 An æterna mundi conceptio spectet ad mundum: tanq; pars eiusdem?

Nulla pars mūdū: est aut subsistit ab eterno. Tous em mūdūs creat⁹ est a deo. Nihil autem creatū mūdū eternum esse potest, non est itaq; æterna

Theologicarum

conceptio & idea: spectans ad mundū tāq; pars eiusdem. Quēadmodum & idea domus: quae in mente architecti, materialem domum precurrit: et si aliquo pacto spectet ad domum: tanq; illius prænuncia: non tamen pars est eiusdem. Est em a domo penitus obseruata.

An eterna mūdū conceptio sit accidēs aliquid in mente diuina: sicuti & idea dominus: accidēns est in mente architecti! Diuina mēs substantialiter omnia est. Vtpote que oībus esse dedit. Quo modo igitur diuina mēs omnia est: ita & omnia noscit. nō equidē per habitū accidētiū & spiritualiū notionū: sed simpliciter ac eo ipso quod est. Quē em cūctorū veritas est: vere ē omnia: & veraciter siue substantialiter omnia no uit. Non est itaq; mundi conceptio accidēns aliqd in mente diuina: sicuti idea dominus: accidēns est in mente architecti distinctum ab illa.

Sī idea mundi neq; est mund⁹ neq; aliquid accidēns in mente diuina: an sit diuina mens?

Superest vt si mundi idea: nec mūdū est, nec diuinae mentis accidēns vt sit diuina mens. Nam quicquid in deo est deus est, quicq; diuinae men ti īest: diuina mens est. A diuina quippe mente omnis accidētiū alietas procul faceſit. Et nō modo diuina mens, non accidentibus permisit sed & angelica mens, illi vicina: eiusce puritatis vsc adeo æmula est: vt & accidentium in hęſio ne dedignet. Intellectualiū quippe accidētiū fons: in humana mente primum scaturit.

An diuina mens secundum se totam sit idea & exemplaris forma mundi: an potius secundum: aliquam suę discreti onis personam ac proprietatem? Nōn: q; deum diuinamq; mentem: vt continuū & indiscrete sumptram, appellare licet idē exemplaremq; formam mundi. Satius tamē est, vt sacris eloquii consentiamus: exemplarem mundi formam sumentes, in aliqua diuinarum proprie tatum siue personarum. Nam interna dei opera tio per quam discretus ac trinus ē: exterioris ope rationis æterna causa est, & præcurrens ab æterno exemplar

Liber.II.

98 Quę pręsertim diuinarū proprietatū siue personarū: sit idea & exéplaris forma mundi?

Sectūda psona: cui cōgruit filii nomē. Hęc est eīn per quā (vt sacra refensēt eloqua) pat creauit sēcula. Hęc est itē q̄ diuinū verbī, sapientię, cōceptiōis, lucis & splendoris noīe insigniū. Sicut eīn humana mēs: ad instar eiusce notiōis, quā gerit arcanā sensibilē pfert vocē: ita & pater in cōtēplatiōe filii, spūsancto cōcurrēte mundi ornatū cōpleuit,

99 An mundus ad amūssim & equationē suę exemplarī causę: perfectus & consummatus sit?

Minime. Nā exéplaris & prima mundi causa: imēsa est. Mūdus aut finit⁹. Atquī impossibile est vt finitū ens: ad prēcisionē & equalitatē entis infiniti assūrgere queat. Et nō modo diuinæ mētis prēcisionē, mūdus nō attingit: sed & accidētalis idea, quā mēs habet architecti, in sensibili ac materiali domo, neq̄ ad amūssim explicat. Haud eīn capax ēmateria: mētalis spiritalisve p̄cisiōis.

100 In quib⁹ disſidet: prolabitur: disſonat q̄ mund⁹: ab sua idea & exéplari causa? In quattuor. Primo in substātia. Nā alterius substantię est mūd⁹ ab sua exéplari causa. Deinde in triplici quātitate: scilicet in quātitate substātiæ: in quātitate duratiōis: & in quātitate qualitatū. Nā substātia creatoris: immēsa est. Substātia vero mūdi: finita. Duratio itē dei, eternitas est. Mūdi vero prāmētia: aut tpe aut quo metiēda. Diui ne quo p̄ cūctę qualitates: vt bonitas, veritas, sapientia, pfectio & alię huiusmodi: p excellētiā & immētitę in deo finiunt: q̄ mediocrī mō & pertenui quodā vestigio: creaturis adesse cōperiunt. In his igit̄ quattuor q̄ dixim⁹: plab̄ disſidet disforat q̄ mūd⁹, ab suo fonte, iūtio & exemplari causa.

Theologicarū questionū prīmi libri Fīnis Anno. M. CCCCC. XII. die. XIX. Decembris.

Fo.VIII.

THEOLOGICARVM QVAESTIONVM
Liber secundus de creatione angelorū.



Vid̄ prīmū creauit deus?

Angelos. Nā hę sūt purissimē mūdi esse tia: simplices, incorporeę, inuisibiles, ab stractę a materia, immortales, dico p̄ om̄ oib⁹ creaturis similimae, antiquiores materia, elementis & omnī alia sensibili creatura.

2 An in creatione angelorū: contigerit vlla temporaria successio?

Cuncti angeli, idē accepérūt essendi initii: in instanti eodem, a deo p̄creati. Quapropter neq̄ in creatione singulorū eorū, neq̄ in creatiōe vniuersorū: contigit vlla temporaria successio: cū & quilibet repente totus emerget: & cūcti simul exorti sint.

3 An inter angelos: vlla sit substancialis coordinatio patris & filii aut causę & effectus?

Nulla. Nā nullus angelorū: pater est aut causa alteri⁹: null⁹ angel⁹ aliū p̄genūt: aut alteri quo modolibet esse dedit. Oēs q̄ppē simula deo facti sunt: & repete e nihilo in esse prodierūt. Qui aut alterū, alteri⁹ aut partē aut causam esse dixerit: tēporatiā successionē inter eos inducit.

4 An angelī sunt simplices essentie?

Si contuleris angelos deo: tum per potentiam & actum finiendi sunt: vt pote qui prius fuerunt in potentia essendi: q̄ in actu essendi. Nam ex nō esse & e nihilo in esse prodierunt. Sin autē illi cāteris creaturis cōferent: cum sint prīmus act⁹ creaturū: & primordiū atq̄ initii qui earundē: tūc merito simplicitū essentiarū nomina recipiāt. Sūt enim puri actus: absq̄ priore potentia.

5 Cur angelī sunt substancialia q̄ duratio ne simpliciores?

Quia secundū durationē: prius fuerūt in nō esse q̄ in esse: prius in potentia essendi: q̄ in actu essēdi. Nā quā nūc sunt: toto primo quo nequaq̄ fuerūt.

Questionum Theologicarū.

At secundū substātiā & essentiā: simul facti sunt nec habuerunt vllā suę substātię partē, alia p̄iora. Haud em̄ alia est essentialis pars angelicę substātię, q̄ prior facta sit; alia vero q̄ posterior creata. Sunt ergo simpliciores substantia: q̄ duratione.

- 6 An posse esse angelorum sit pars eorumdem?

Si posse esse angelotū distinguīs ab esse eorū: dicō illud posse esse, nequaq̄ eorū esse partem. Nā id posse esse, deus est; qui est æterna nō modo angelotū, sed & vniuersorū potentia. Si vero posse esse angelorum, dicis coïncidere cum esse eorum dico rursum id posse esse, non esse partē eorū: sed totam substātiā ipsorum. Nam in simplicib⁹ angelis posse, est esse; & esse, posse.

- 7 Quotuplicia sunt esse & posse angelorum?

Duplicia, quēdā quidē secundū tēpus dicta, quēdā vero secundū substātiā. Posse angelotū secundum tempus præcedit esse eorūdem secundum tempus. Nam priusq̄ fuerint āgeli: esse potuerunt: & ex posse, in esse: a deo producti sunt. Posse vero eorūdem secundū substātiā: nequaq̄ substātiale eorum esse præcellit; vt pote qui diuidiis partibus, priore & posteriore carēt.

- 8 An diuidas & in tempore: cœlestes illi sp̄iritus: cūctarum rerum scientiam adepti sint?

Nequaq̄. Nā angelica substātiā, vna cū iō esse cunctarū rerū scientiā adepta est. Vnde sit vt angelica pfectio: sit triniter repētina ac instātanea. Primo in adēptione simplicis substātię, secundo in consequitione naturalis scientię, tertio inter substātiā & scientiā. Eteni neq̄ illius substātiā, diuidue creata est neq̄ scientiā sensim eidē insūsa; neq̄ prior facta substātiā: q̄ indita scientiā.

- 9 An mēs āglica humānē mētis more per notiones variasq̄ species itelligat? Intelligere per notiones variasq̄ species: propriū est humānē mētis: q̄ sicut extero alligat̄ subiecto vt corpori: ita & ab alieno obiecto, cuncta in imāgine & specie capescere cogitur. Est em̄ humāna mens: velut oculus obiect⁹ vel amīne. Angelica

autem mensv nudus & reuelatus oculus: q̄ nec alieno haret subiecto: nec a diuerso pariter obiecto, singula per species disquirit. Hac em̄ dū semetipam nouit ab initio: simul omnīū scientiā, in propria essentia nanciscī credatur.

- 10 Sī inter angelos nulla est naturae coordinatio: tanq̄ patris & filii: quo illi inter se ordine coaptātur?

Ordine diuinariū functioniū: quo diuinis obtutis astāt: deoq̄ pro virib⁹ & obsequiūt: & illi in mundanarū rerū administratiōe cooperant. Sūt em̄ hi administratoriū spūs: q̄ cōgruū & inconfusis ordinib⁹ naturalibusve officiis ac functionib⁹ & fibiūnicē & humanis mūdanisq̄ rebus p̄sunt:

- 11 An sint angelorū: alii aliis priores?

Priores quidē sunt alii, aliis: ordine, dignitate, functione. Nō autē priores: natura, substātiā, creatio ne aut tpe. Nam cuncti, simul facti sunt. Alii tamen aliis sublimiores sūt: q̄ ceteris dignitate, functione & vicinia dei p̄stantiores habentur. Seraphicus em̄ oīm suprem⁹ ordo: comīnus & absq̄ medio deū speculat. Angeli vero: omnīū postremi: in deum nūtuntur diuinisq̄ fulgoribus lōgissimo ac tenuissimo radio exatiant.

- 12 Cum omnes angeli: & quales sint origine & adēptione substātiæ: quo pacto non quales sunt dignitate: claritate & scientia?

Quia cuncti angelii simplices aet⁹ sunt & p̄imi conceptus vniuersi: ideo & hi simul creati sunt. horū autē actuū officia & actiones, diuina dispensatio, in ministeriū sui & suę creature: lōge lateq̄ dispartiti voluit. Alias quippe tanq̄ sui contemplatives, suarūq̄ laudū buccinatrices: perpetua circa se continent mālitione. Aliis vero vt inferiorib⁹, quandā praxis similitudinē indidit: vt mūdana disponant negocia. Nā & stellæ firmamenti: oēs quidē simul & eodē istāti, creatę & perfectę sunt. Non oēs tñ eiusdē sunt claritatis: sed alia, ab alia differēt claritate.

- 13 Cur dicuntur oēs angelī inter se equi uoci & substātiā incommunicantes?

Quia simul facti sunt: & neq̄ ali⁹ ab alio genit⁹ ē.



Liber. II.

Fo. IX.

Quilibet em̄ angelus est totus & perfectus in se metipso: omne esse, quod natus est habere: intra se cōpleteans & habens ab initio. Nullus q̄a pe angelus: est de substantia alterius: nullus eo- rum, habet intra se aliquid: quod sit alterius. Nullus insup, hoc aliquo priuatur: qd illi sit p̄priu.

14 An āgeli sint natū aliud fieri q̄ id quod sunt ab initio?

Imperfectum esse ab initio & aliud aliquid fieri ¹⁸ natū: peculiare est hominū non angelorum. Nā hi & substantia & scientia & gradu: ab initio perfecti sunt. Habent em̄ a natura, quicquid na- tū sunt habere, quandoquidē sicut ars, industria & varius labor: diuidue, humāna perficit mēte: ita & natura, angelicam consummat.

15 An angelī creati sunt extra suae perfe- ctionis gradum & locum?

Nequaq. Nam si quisq̄ angelus esset extra suae ¹⁹ perfectiōis & beatitudinē gradum procreatus: is aliud fieri natus esset q̄ id quod est ab initio. Nō em̄ perfectus esset & consummatus natura, sed arte, labore & industria, in sue perfectiōis gra- dum ac locum subuehendus. In eo igitur loco & gradu creatus est oīs inuisibilis sp̄s: in quo per- fectione, beatitudine & patula dei visiōe potiat.

16 Cum omnes āgeli & beatissimi sp̄s: natura n̄itantur in deum: an sint natū in feriores: suae perfectionis ratione: in su- periorū ordīnē ac hierarchiā traduci?

Oīes angelī, in sua sede qua creati sunt: iugiter permanṣūt sunt: ibi perfectione, beatitudine & visione dei potituri. Coelestes quippe illi con- grui & incōfusi ordines: quā ab initio distinc- ²⁰ tio- nē, hierarchiā ac ordinatissimā seriē, a deo acce- pertunt: hanc immutare non valent. Nulla etem̄ potest: in tam sacris ordinib⁹, inducī confusio, Non igitur inferiores sp̄ritus natū sunt in subli- miorum ordīnē traduci, subuehi, attolli.

17 Si inferiores sp̄it⁹ nequaq̄ natū sūt: in superiorū ordines trāfferri: cur dicitur illi ab istis traduci ac subuehi in deū? Eminentiores sp̄ritus, dum inferiores traducūt subuehūtq; in deum: haud illos, in suum ipso;

ordinem attollunt. sed diuinos fulgores (quos primi ipsi lucidius manifestius & vberius a deo promanantes hauſiunt) per seipso traduces, in inferiorum mentes deriuant. Atq; eopacto ipsos inferiores sp̄ritus (q̄q̄ fixos, q̄q̄ immobiles: & a sua sede nequicq̄ emigrare valentes) diuinę lu- cis insinuatione: in deum traducere & attollere dicuntur,

Cur nouem sunt huiusmodi cœlestiū ordines sp̄irituum?

Quia ternarius ter auctus, intolutus p̄ seipso: nouenariū parit. Est enīm ternarius mēsura di- uine trinitatis ac discretionis: quē merito in pri- mordio sui totius operis, hoc est in angelico ge- nere: trīniter apparere & exprimī voluit. Nā dū taxat tres eorum ordines sunt. Cæterum dū & vnuſquisq; eorum trīnus est: nouē numerantur.

An post instans creationis angelorū: nullus angelus de cetero creatus sit? Nullus. Nam sicut vnuſquisq; angelus perfect⁹ est ab initio & substantia & scientia: ita & omnū angelorum numerus vniū primo instanti: tot⁹ emersit, ita vt deinceps vnitatis illi non sit adden- da. Potest tamen deus quotidie nouos & quidē innumerous creare. Quem tamen modum/ eorū multitudini definīvit atq; iposuit: hunc nequa- q̄ transgredietur.

Quo pacto definit⁹ est numerus an- gelorum?

Sola dei voluntate & prouida sapientia. Non em̄ tot creauit deus: quasi plures create non potu- erit. Immensa quippe eius potestas seipsum sa- pientia & voluntate: in certo eorum numero co- eruit: atq; a pluribus tēperauit. Nempe & stel- las potuit deus creare: aut pauciores aut plures. Illius tamen inscrutabilis sapientia eorū nume- rum: nobis ignotum definiuit.

Cur angelī gignere: suāe substā- tiam propagare ne queant?

Quia sunt integrī & perfecti ab initio: habentes intra seipso: omne esse quod habere natū sunt. Etenim sicut intra se: nihil complectuntur aut vendicant alieni: ita & extra suāe substātiae se- pta: nihil relinquent propriū et ad se pertinentis.

B



Questionum

Omne siquidē p̄priū intra se concipiunt & claudunt. Omne vero exterū atq̄ impertinet, excludent. Si aut̄ gigneret angelus: haud esset id, q̄c quid esse natus est, quandoquidem generatio ne: nonnihil ad se spectantis ac propriū, sibi vendicare: et ex non esse in esse transferre conatur.

- 22 Cur angelī dicuntur esse puri: simplices & impermixti?

Propter tres causas. Primum quia sunt intelle ctus nudi: hoc est naturali carentes velamine, te uelata acie deum cominus speculantes. Secundo quia incorporei & abiuncti a materia. Tertio, q̄ toti, integri & perfecti ab initio: alienum nullū esse intra se complectentes: neq̄ quicq̄ ad se pertinentis aut propriū excludentes. His trib⁹ de causis: merito cuncti angeli puri, simplices & imper mixti vocentur.

- 23 Quorum est propria generatio siue substantię propagatio?

Singularium duntaxat & sensibilium entium: qua in ambitu celi lunę & quattuor elementorum plenitudine conuersantur. Nam neq̄ in ipsa mole & spissitudine celorum: neq̄ supra celos, in intellectuali mundo contingit aut sit illa genera tio seu nouę substantię origo & ad eosc produ ctio. Simplex enim creatio, absq̄ villa sequenti generatio: angelicas celestesq̄ species perfecit.

- 24 Vbi est creatio a generatione separata?

In intellectuali & caelesti mundo. Nam angelī nec geniti sunt nec gignunt. Celi quoq̄ nec ge niti sunt: nec gignere possunt. Simplici enim crea tione angelī, carli celestesq̄ species ut planetæ & stelle emiserunt. Nulla quippe illis indita est po tentia, gignendę posteritatis, cum toti ab initio perfecti sint & in actu subsistentes.

- 25 Vbi est creatio generationi coniuncta & annexa?

In singularibus siue in entibus sensibili mundi; Nam simplex creatio: protulit duntaxat initia & primordia sensibilium specierū in utroq; sexu, a quibus serie naturalium generationum: vna

Theologicarum

quaeq; species, per sua deinceps individualia & sin gularia explicatur atq̄ in esse procedit. In sensibili enim mundo generatio perficitur: quod cre atione simplici ab initio inchoatum.

Cur sola singularia gignere pos sunt?

Quia nullum singulare: est ens totum, integrum, perfectum, habens ab initio in seipso omne id: qd ad esse ipsius spectat. Si enim singulare ens: esset purus actus, nihil habens permixtae potentiae & priuationis: gignere non posset. quādoquidem nihil haberet extra se: generatione vendicandū & ex non esse, in esse traducendum.

An in angelis nulla sit priuatione & alteritas essendi?

Nulla. Nam alioqui simplices, puri & imper mixti non essent. Et rursum: per huiusmodi priuationem & alteritatem essendi: adest illis, gi gnendi facultas. Nempe id esse (quo natura pri uarentur essentq; imperfecti) natū essent per genera tionem adipisci. Quia enim filius: aliquo pacto spectat ad esse patris: hanc ob causam pa ter, id quod ad ipsius attinet esse: comparat dis quiritq; generatione. At vnicuiq; angelo, idip sum natura indidit ab initio: quod ad ipius & esse & bene esse spectat.

An angelī mobiles sint?

Nequaq;. Nam puri actus sunt priuatione ca rentes. Omnis autem motus, oritur ex priuatione: quae solis sensibilibus rebus adest. Sunt enim creati angelī: in perfecta substantia; perfecta quantitate; qualitate: et loco seu gradu: a quibus non dimouentur. Quod enim mouetur vidente im perfectione & priuatione moritur: ut habitu quem nat⁹ est habere: impletatur ac perficiatur. Non sunt igitur mobiles angelī utpote qui nec gignuntur nec augmentur nec alterantur nec loco mutantur.

An adsint angelis præter naturalem substantiam. quantitas: qualitas: & locus?

Quattuor rerum genera sunt: substantia, quantitas, qualitas & locus. Hęc aut̄ aliter i sensibili⁹



Liber. II.

Fo. X.

aliter in angelis sunt accipienda. Nam in sensibilibus: substantia, veraciter distinguitur ab accidentibus: quod re ipsa aut inesse aut adiacere illi dicatur. Quod autem in sensibili est reale accidente in angelis est accidentis rationis. Haud igitur angelici habitus sensibili more ab angelicis substantiis sunt extimendi.

30 An sint angelii in tempore et loco?
Minime. Nam locus omnis sub celo est: in quatuor elementis. Tempus autem est in celo. Nam in prima ac suprema mundi latitudo: cuius natus sensibilium rerum durationem ac permanetiam emetit. Angelii autem neque sub celo, in elementis degunt: neque in ipsa caelesti regione, sed supra celum, indulta est illis quieterna mensio. Sunt igitur angeli: & tempore & loco eminentiores.

31 Si angeli nec mobiles sunt: nec in loco manent: quo pacto hi ad homines a deo mitti dicuntur?

Hac angelorum a deo, ad homines missio: diuinorum nutuum aut arcana aut manifesta est in sinuatio, haud enim est sensibilis, seu diuidua angelorum, humano more: de loco in locum progressio. Nam incorporei & immateriales sunt: apta ad materialē progressionē organa, ut tibias pedesque non habentes. emetuntur autem ipsa mundi eleminta variisque mundi partes in instanti: quod dissidet a motu. Omnis enim motus: temporis est, diuiduuus, successiuus.

32 An duntaxat in assumptis hominum corporibus appareant?

Posunt angelii in assumptis hominum corporibus apparere & visibles fieri: id tamen preter naturam eorum est. Nam rationabile est sanctas humani modi metes emortuorum hominum corrupta corpora nolle assumere. Satius autem est sentire: quoniam quoties ad homines mittuntur: vim habeant, ut iuxta humanę infirmitatis modum: & seipso visibiliter cōponant: & arcanos dei nutritus, sensibiliter enuncient.

33 An sint humana aliqua corpora reseruata angelis: ut in illis ad hoīes mittantur? Huiusmodi corpora esse angelis reseruata: non nulli voluerūt. Id tamē plerique repudiāt. Nā aut hęc corpora, creata sicut a deo absque humanis aīab:

p solo angelorum ministerio. Hoc autem absurdum est: quoniam vel angelii semper in illis habitarēt. Et hoc est preter eorum naturā. Si autem quoniam & quoniam in illis versarentur: hec corpora creberrime essent occisa: ut pote nec aīam nec sp̄m habētia. Si autem hec corpora quę referuantur angelis: functa sunt aīab, quae in hoc seculo pertulerint: & hoc est priore irrationabilius. Nā forte & aīab quę in eis habitanūt corporib: & maior ipsis angelis, fieret iniuria.

Si angelii & absque corporibus sunt & absque corporibus mittuntur: quo pacto hominibus apparent?

Potestatē habet cōponēdi semetipso: iuxta humanę infirmitatis modū & brevē carnalis oculi intuitum. Si enim potest visibilis homo, magicis quibusdam artib: facere: ut a ceteris ī quorum medio steterit. Nequaq̄ videatur: quātomaḡ potest in visibilis sp̄ritus, diuina virtute operari: ut a mortali bus videatur.

In quibus pręcipue sensib: angelii apparet & reuelari solent?

In his pr̄sertim sensib: qui omnium pr̄cipui & pr̄stantissimi sunt: ut in auditu & visu: quos disciplinę sensus appellamus. Etenim nobilissimę qualitatum sunt vox & lumen. Vox siquidē auditus lux vero visu hauritur. Apparet igitur angeli ut plurimi in figura humanę vocis: quā apte effingunt: & in lumine: quo ab hominib: cernuntur.

An per imaginatricem facultatē nequaq̄ reuelentur?

Immos frequentiuscule: ut quoties p̄ somniū reuelantur: diuinosc̄ nutritus in silentio noctis insinuat. Nam & imaginatricē facultas, sensib: principat: & ad disciplinā spectat. Rōnabile autem est: ut angelii, qui ad hoīes disciplinę & eruditiois eorum gratia mittuntur: in sensibus disciplinę pr̄serūt reuelentur.

Cur in tribus inferioribus sensibus: minus solent apparere?

Quia tres inferiores sensus, olfactus, gustus, tactus, culinarii sicut: neque ad animi pastū, sed ad carnis corporisue alimoniarū ptinētes. Quo enim modo palpabiles essent: qui incorporei, quiq̄ iuxta eloquū, carnē & ossa non habet? Attamē cū olfactus

B ii



Questionum

sit carnaliū sensuū p̄cipiuus: & odor perfectū ac spiritale quiddā, quo etiā placari solet de⁹: legū tur nōnunq̄ angeli, in odore suavitatis & mira redolentia sanctis hoīb⁹ innotuisse. Angelica q⁹ 42 pe substātia: in odora non est.

- 38 Quo argumento: probentur angelī: nequaq̄ in assumptis corporib⁹ mitti? Argumento tactus q̄ sensuū corpulētissim⁹ est: sola corpora & materialia palpate nat⁹. Nā p̄ter tactū & gustū: in oī sensu crebri⁹ apparere solēt. vt in imaginatiōe p̄ somniū, in auditū p̄ vocē: in 43 vīsu p̄ lumē, in olfactu p̄ odorē. In gustu aut & tac-
tu: ratiū innotuisse legunt. Si aut in assumptis corporibus appareret, cur de his scriptū eēt palpate & videte quia spūs carnē & ossa nō habet si-
cut me videntis habere.

- 39 An humanæ etiā menti nequaq̄ insinuantur atq̄ appareant?
Immo q̄maxime. Nā oīs extera sensibilis & ma- 44 nifesta eorū apparitio: quā p̄ sensus hoīb⁹ inno-
scūt: causa mētalis & arcane insinuatōis patrāt. Mēs em cūtōrū est sensuū apex finisq̄ sup̄mis,
quo p̄serūt & in q̄cōdūt: q̄cūq; quomodolibet
p̄ sensuū valuas in hoīem irrūpūt. Si igit̄ angelī
nostris sensib⁹ haud ppter sensus, sed mētis gra-
tia reuelantur: hi p̄cipue ipsi menti adaperiūnt.

- 40 An sit propriū angelorū: hominibus
per sensus apparere?
Nequaq; sed p̄ter naturā eorū est. Nā natura in-
uisibiles sunt: & neq; p̄grediētes, neq; loquētes,
edentes aut bibētes. Hac tñ corā hūanis oculis
(Instructiōis & cōsolatiōis hoīm gratia) plenūq;
effinxisse legunt. Est & āgelis p̄ter naturā: esse
& conuersati cū hoībus, in elemētis: cum natura
lis eorū regio: sit supercālestis aura.

- 41 An queant angelī hūanæ menti: abs-
q̄ sensuum p̄fīdīo reuelari: & eidem
diuinos insinuare nutus?
Si p̄nt angelī innaturali mō hoc est vt sensibiles,
hūanē mēti reuelari: manifestū est quoniā & na-
turali mō: q̄maxie eidē possint apparere, diuino-
q̄ illi p̄adere & explicare nut⁹. Nā cū angelī sint
corporis expertes: nullo corporeq; molis obice p̄pe-
diūtur, quomin⁹ secreti⁹ & int⁹: hūanē mēti cō-

Theologicarum

grediant̄: illāq; absq; vlo vocis aut sensuū p̄fī-
dio: per ipsos met nutus spiritalesve insinuatiōes
erudiant.

An angelī sint entia singularia?

Quilibet angelus, specie differt ab alio angelō.
Est igit̄ libet āgelus p̄ seipsum: vt vna tota spe-
cies perfecta ab initio: nihil aliud cōsequi nata: q̄
quod illi ineditū est ab sua origine. Sūt itaq; āgelī
longe sublimiores & eminentiores: singularium
entium substātiis.

Quid singulare ens?

Est qđ quāto priuāt actu: tanta abūdat potētia,
seu cui⁹ est extra ip̄m, tātā sumere idētitatē: qn-
ta illi inest alteritas. Vel qđ quātū a p̄prio esse di-
uidit: tantūdē alienē essentiē & alteritati copula-
tur. Nā singulare ens, cū nō sit ab ūtio q̄qd ip̄m
esse natum est: generatione perficit seipsum, s̄d q̄
quod non erat acquirit.

Quid species?

Substantialis species est extra cui⁹ orbē, nihil est
accipe p̄prio & p̄tīcētis: & in cui⁹ orbe ac circulo:
nihil est alienē & imptīcētis reperiēre. Nā species
est simplex p̄prietas, sine imptīcētē: & pura idēti-
tas sine alteritate: purus quoq; act⁹, sine potētia
& priuatiōe. Est em species purus act⁹: existens a
natura id q̄qd esse nat⁹ est. Quapropter vt etiam
dixim⁹: species nec genita est nec gignit.

Sí angelici spūs q̄ species quādā sunt
nec gignūt nec gignūtur quā sunt illo-
rum actiones?

Sicut inter angelos nullā dixim⁹ esse naturē co-
ordinationē ac seriē: sed dūtaxat ordinē officiōe
diuinarūq; functionū: ita & ab illis tollim⁹ actio-
nes naturē: vt ḡnationē, p̄gressionē & vitalē ope-
rationē: q̄ in cibī & por⁹ vīsu cōsistit. Oīs quippe
angelica actio sacra qdā fūctio est: q̄ p̄ modo suo,
omnis angelus nītitur in deum.

Quot sunt angelicæ functiones & spi-
ritales actiones: quib⁹ in deū nītantur?
Tres: purgatio, illūiatō, pfectio. His em actionē
b⁹: & sibiūicē & hoīb⁹ p̄sunt: diuinos fulgores
de mēte i mēte: i vīsq; hoīm aīos traducētes. Hoc
nēpe mō iſeriores mētes a supiorib⁹, in deū sub-
uehūt: nō q̄ iſeriores ab suis ordinib⁹ excedat: an-



Liber. II.

helentq; ad ordinem eminētiōꝝ mētūm. sed q; transſuſa per ſupernorū mētes, diuīna lux: ad inferiorū vſq; mentes pertingit.

47 Quid eſt āgeloſ ex offiſio ſuo & ſacra funtiōe attollī in deum?

Angeloſ ex offiſio ſuo & ſacra funtiōe attollī in deuī: haud eſt illoſ velle fieri eçq; deo. neq; infeſtores, velle pſtatiōrib; coeq;. Id q;pp;e iſpoſſiblē. Ile eſt. Angelī autē nequaq; ad iſpoſſibile: & id ad qđ phaſeis nō ē: alſpirat. Illoſ aut attollī i deuī: eſt reuerenſ & p modulo ſuo ſinguloſ vt dixim⁹: diuīoꝝ fulgoꝝ, i ſua ſede atq; māſiōe fieri pſcipeſ.

48 Que eſt diuīe lucis & ſplēdoriſ natu‐
ra: q; angelicoſ ordieſ iſcoſuſoſ ſeruat? Diuīne lucis diuīnōrūq; ſplēdor; natura eſt: vt a ſuſmo deo a quo ſumit iſtū, ad iſmū vſq; vltimū‐
q; ſpiritualū oculog; p medios oculoſ oia purgaſ
illuminās & pſciēs pertingat. Magis eñ natura
lucis eſt deſcendere in ima: q; ipoꝝ oculog; in ex‐
celſa & ſuſma attollī. Hoc iſgit pacto ois ſpiritualis
ocul⁹ i ſuo građu & loco: diuīni fit particeps ful‐
goriſ. ſaluatq; p naturā lucis benignę ſeſe ppagā‐
tiſ, ſpiritualū ocl̄oꝝ cōgruētia & ordiatio iſcoſuſa

49 Quid eſt nitī & ſubuehi in deum?

Niti in deuī: ad ſpiritualē oculū diuīe lucis & ſapię
capacē refert. Subuehi autē ex natura luminis ip‐
ſius & fulgoriſ pēdet. Nā ſeipodē nitī oculus:
appetitq; p ticeps fieri lumīs. Lux autē i p̄m ocu‐
luſ ſubuehit in deuī: hoc eſt ipſi deo, iuxta modu‐
lum ſuū cōſimilē reddit. Eſt itē nitī: ſumendū ab
inferiorib; ſpiritiſ. Subuehi aut, ab eminētiō‐
b⁹. Nā illi qđe ſeipis nitūt: ab iſtis aut ſubuehūt.

50 Cum inter celeſteſ ſpirituſ purgādi
ordineſ deſint: quomođo in hiſ locū ha‐
bet ea actio: q; purgatio nūcupatur?

Hanc diuīus dionyſiuſ, in libro eccliaſtīcē hie‐
rarchiē pponit, dicēs nullā eſſe celeſte distinctionē,
obnoxiā ſcieri: eā quoq; q; malicię manus dedit:
reliquoꝝ iſcoſuſi ordinib; decidiſſe. Ait autē
in celeſti hierarchia, purgatio: nō ē: cū inferiorē
ſpūs, aut a deo aut a ſuperiorib; ſpiritiſ edocē‐
tur: que iſterim ignorabāt. Porro obliūceti cur an‐
geli ſi qcq; ignorat& alii ab aliis iſteri edocētūr:
prius dicti ſūt a natura & ſuę creatiōiſ iñtio oia

Fo. XI.

edidisse. Respondendum. Aliā eſſe & naturaliū
& imutabiliū reg; ſciām: Et aliā cōtingentiū. Illā
oēm: angelī ab iſtio imbibērunt ab iſtati ſuę cre‐
atiōiſ cūcta naturalia noſcētes. Hāc vero iñdies
alii ab aliis diſcūt. dū volūtate dei quaꝝ circa mū‐
dum & humanum genus futura ſunt: alii per
alios iñdies reuelantur.

Quis ordo eſt: āgeliſ car; triū actionū?
Angelicarū actionū gemin⁹ eſt ordo: Alius tem‐
poris, Alius dignitatis. Ordine rēportis p̄ima eſt
purgatio, ſcda illuīatio, tertia pfectio. Ordine autē
dignitatis: pfectio pcellit. Media aurē eſt illuīa‐
tio. Poſtrema purgatio. Nā ſpiritualis ocul⁹: pri⁹
eſt a cōtrariis repurgād⁹, aut ad deuī cōuerterād⁹:
q; aut diuīa luce ibui, aut diuīo ſtatu pſci qat.

Quid eſt purgatio?

Trifariā diffiniri pōt purgatio. Aut eñ eſt emu‐
datio ſpiritualis oculi, a cōtrariis tenebris atq; er‐
roribus. Aut ſimplex eiusdem ad ſuū obiectū & na‐
turalē ſolē conuerſio. Aut eiusdem, ſub ſuū obie‐
ctū & naturalis ſoliſ contuitu constantia: & nun‐
q; retro alſipiens fuga.

Quot ſunt modi purgationis?

Treſ vt p̄cedēs edocuit. P̄im⁹ aut ei⁹ mod⁹,
nequaq; in angelis reperiſ: ſe i dūtaxat in huāniſ
mētib⁹. Nā angelīc mentes: nullis tenebris aut
cōtrariis habitib⁹ obnoxie ſunt. Reliq; autē pur‐
gatiōiſ modi: angelis adſunt. vt qad obiectū &
naturalē ſuę ſciētē ſolē, hoc ead deuī cōuerſi ſunt:
& i ei⁹ ſpeculatiōe imutabile cōſtatiā accepeſt.

54 An diuīna lux poſſit operari in ſubie‐
cto ſuę in oculo: contrariis tenebris &
passionib; affecto?

Sicut mēs addicta errorib⁹, nō pōt capax eſſe ve‐
ritatis: ita diuīa lux, i hoc ſpirituali oculo nīhil o‐
perat: q; cōtrariis tenebris violat. Haud eñ ſubie‐
ctū idē: ſimul eſt capax cōtrariog;. Lux autē & te‐
nebre, veritas & falſitas: cōtraria quādā ſunt. Ne
quā iſgitur diuīa claritas eum imbuere oculum:
quem obſederint tenebrae.

An poſſit diuīna lux in oculo aut a ſe‐
auero aut iſcoſtātē & ſuī p̄ſentia re‐
fugiente: quicq; operari?

Ob hanc cauſam, in demonib; diuīna lux nīhil

B III



Questionum

operatur. quia spiritualis eorum oculus, & a natura
li suo sole auersus est: & diuinę lucis presentiam: ex
imbecillitate & incōstantia sui refugit. Quoēm 60
pacto auersum speculum, aut incōstans & refu-
giens, astātē sibi veritatē: illius imaginē suscipi-
et. Sunt igitur hēc tria ad veram purgationem
necessaria: puritas: conuersio: cōstantia.

56 Quid est illuminatio?

Diuini luminis, in spirituali ac digne repurgato
oculo suscep̄tio. Digne aut̄ spiritualis ocul⁹ repur-
gatus est: qui a contrariis emūdatus erroribus, qui
conuersus ad suę illustrationis solem, qui deniq; fixus: & sub illius presentia immutabilitatē ade-
ptus. Hēc em̄ tria quę ad purgationem spectat: 61
ipsam illuminationem totiusve sacratissimi ful-
goris susceptionē precurrere debent.

57 Quid perfectio?

Perfectio eorum est sacramētorū fruitio: quę precur-
rens illuminatione retexit & aperuit. Sicut enim
purgatio subiectū conuerit ad bonū: ita & illu-
minatio, bonū ipsum retegit: aperit: iſinuat. Per-
fectio vero quaternam eiusdē boni immortalēq;
perfruitionē: eidē subiecto largitur. Est em̄ perfe-
ctio: suprema spiritualis oculi cū inuisibili sole co-
pula & insolubilis vniō.

58 Quo pacto se habent adiuicem: pur- 62 gatio illuminatione atq; perfectio?

Sicut hēc tria: principiū, mediū, finis. Nam pur-
gatio principiū est, illuminatione mediū, perfe-
ctio finis. Inchoat em̄ spiritualis oculus a purgati-
one: procedit per illuminationē: stat in perfectio-
ne. Se habēt rursus sicut adapertio oculi seu co-
uersio ad lumen: hausio & imbibitio luminis: &
fruitio veris solis. Qui em̄ adaperit oculus, pur-
gatur: qui haurit lumen, illustrat. Qui demīve-
to & cādidiſſimo sapia sole p̄fuit: hic pfect⁹ est.

59 Quomodo se habent hē tres angelici ę actiōes ad diuinę trinitatis p̄sonas? 63

Diuine tres p̄sonae sunt ut principiū, mediū, & fi-
nis. Est itaq; purgatio ad patrē referēda: illuminatio
ad filiū, perfectio ad sp̄us sanctū. Nā sicut diuina īnt
na opatio īchoat a patre: p̄ficiſſit p̄ filiū: stat vero
terminaturq; ī sp̄usctō: ita & subiectio nūsue
spiritualis aieci ī deū: initiu sumit a purgatione:

Theologicarum

proficit illuminatione: perfectione vero tanq; su-
ptemo statu consummatur.

Quo pacto rursus se habēt hē actiō-
nes ad utraq; testamēta vet⁹ ac nouū?
Purgatio est vt vetus testamentū in lege Moysi
& ī p̄phetis. Illuminatio vero: vt nouū testamētu: &
euāgelica traditio. Perfectio aut̄: vt futuravtrius
q; testamēti cōciliatio, pax & cōcordia. Purgauit
em̄ vetus testamētu carnē: ī circūfisiōe & emū-
datiōe p̄putū. Nouū vero p̄ diuinū incarnatio-
ne verbī (quae paterna lux appellatur) sacru lu-
mē idulſit. Vtriusq; aut̄ cōciliatio testamēti per-
fectio erit & optimus status mundi.

Cur nō nulli dixere: aliud esse tempus
patris: aliud filii: aliud vero sp̄us sancti:
Sicut oīs creatura est trīū opus p̄sonar̄: ita & cē
tēpus. Alia tñ est creatura similis patti, alia filio,
alia sp̄us sc̄tō. Ita & tēpora distingui p̄nt: vt aliud
patri, aliud filio, aliud vero sp̄us sancto respōdet
dicat. Nā tēpus veteris testamēti & purgatiōis:
paternā p̄prietatē emulaſt. Nouū vero tēpus te-
stamēti: rite īcarnato verbo ac filio adaptetur.
At futura cōciliatiōis amboq; testamētonū etas-
tē sp̄itus sancto, qui patris & filii naturalis est
amor conferi queat.

Cur celestis hierarchia: a diuino Diony-
sio: his tribus diffinītur: ordine: scientia
& operatione? Est em̄ inquit ordo sacra-
tior & scientia & operatio: quę ad dei
similitudinem pro virib; nititur.

Hēc diuini dionysii diffinītio: ad tres q; diximus
angelicas actiōes, cōgrue spectare p̄bat. Nā or-
do purgationē īdīcat. Scientia, illuminationem.
Operatio vero p̄fectionē sup̄mūq; statum ostendit.
Ordo est cōgrua & incōfusa angelor̄ distinctio.
Scientia est habitus diuinę lucis. Operatio vero
transfītio ī deū: ipsaq; diuina fruitio.

Quę differentia est horū trīū: ordi-
nis: scientię & operationis?

Hēc tria ordo, scientia, & operatio: sunt ut esse,
scire, frui, siue ut substātia, scientia, fruitio. Sub-
stantia principiū est, scientia mediū, fruitio finis.
Substantia est velut ortus & creatio subiecti: si-
ue spiritualis oculi. Scientia vero illuminatio eiusdē,



Liber. II.

Fruitio aut̄ eius: beatitudo. Vnde fit ut creatio, sit ut purgatio quedā: per quā ex nō esse in esse, angelica substātia pcessit. Habit⁹ vero & sc̄ientia substātiā comitatur. Operatio autē pficit vtrā q̄. Nā sine actōe substātia & sc̄ia īcaſlū possidet.

64 Cur angelī sunt velut primi & purissimi conceptus vniuersi?

Quia sicut cōcept⁹ humanē mēris sunt sincerē & purissimē sensibilis mundi species: ita & supcæ lestes angelī, sunt primordiales mundi notiones, eo fere modo ad diuīnā mentē se habētes: quo & nostri concept⁹ ad nostrā mentē. Interest em̄: q̄ angelī subsistunt extra diuīnā mētē: suntq̄ vere substātia, nostrę autem notiones (quippe accidentarię) nostrā menti iugiter insunt.

65 Quo pacto deus vniuersum in angelis prēcognouisse dicitur:

Tanq̄ in creato & exteriore conceptu. Nō enim angelī, diuīna menti insunt: nec sunt ab ēterno, Quia tamen ante omnem reliquā creaturam facti sunt: ideo & cōceptiōes qdā & pnotiones vniuersi appellant. Fecit em̄ deus in āgeliōs oīa: atēq̄ fierēt, Quapropter angelī: sūt esse oīm ante esse.

66 An nullē sint alię vniuersi p̄cognitiōnes: āgeli & simpliciores & antiquores? Diuīnē mentis rationes, quae vocant oīm exemplaria & ēterna primordia: p̄cognitiōes sunt vniuersi, longe angelis ipsiſ & simpliciores & antiquores. Nā hā ēternē & īcreatē sūt. In his quippe p̄uidit prēcognouit q̄ de⁹: quicqd scdm tempus postea adimpleuit. Atq̄ his etiā prēcognitionibus angelī ipsi, cum cāteris entibus subiacuere

67 Quot modis cōceptū est a deo vniuer sum: priusq̄ fieret?

Biniſ modis. Semel in diuīna mente ab ēterno: p̄ diuīnē mēris ratiōes & ēterna exemplaria. Semel deinde extra diuīnā mentē: in primo īstāti secū diēū, quo p̄fēcta est angelor̄ creatio. Prima vniuersi prēcognitio: nō est pars eiusdem. Scđa vero pars ipsius est. Spectat em̄ āgeli, ad esse vniuersi: vt pote qui creaturis annumerantur. Prima insu per vniuersi p̄enotio: est prēcognitio ante opus. Secunda vero: in ipſius operis exordio,

68 An angelī fuerint aliquando in fieri?

Fo. XII.

Hæc tria de angelis enunciant: nō fuisse, factum esse & esse. Nam nōnunq̄, nō fuerūt: facti sunt: subsistunt. Prīmū de illis p̄dicator in primo quo, ante creationē ipſor̄. Secundū illis cōgruit in eo īstāti: quo facti sunt. Tertiū vero nūc illis adest. Idipsum vero qd̄ est fieri: de angelis nequaq̄ enūciatur. Nā nunq̄ fluctunt in fieri: vt pote qui repēte exorti sunt. Forum enim est fieri: quae diuīdue & particulatim sunt procreata.

69 Si angelī in suę perfectionis & beatitudinis loco gradu ac sede creati sunt: quo pacto nōnulli ab eo loco exciderūt? Cuncti angelī (vt prius dixim⁹) in suę pfectiōis & b̄titudinis loco, creati sunt: nō deinceps nati, in sublimiore gradu attollī. Qui vero exciderunt a naturali pfectiōe & b̄titudine: haud ideo plapsi sunt, q̄ nequaq̄ in suę pfectiōis gradu abiūtio cōsedissent: sed q̄ in altiorē, vt in diuīnā forte sedē scandere voluerunt.

70 Quod malū plerosq; angelorū a naturali beatitudine excussit: luxurię vel superbię?

Aliquā voluerūt pētō luxurię: plerosq; angelorū in īma rūsse. Rationabilior est aut̄ ea opinatio: q̄ illos malo superbię, a sua b̄titudine excidisse p̄siteſ. Nā incorporei sunt: gignere nō nati. p̄terea pri⁹ exciderūt: q̄ & aīalium & hoīm crearef gen⁹. In quos īgī vetita libidie: illi exardescere potuissēt?

An vniuersi angelī ab īitio creatiōnis suę: beatī fuerint: & in perfectionis gradu confirmati?

Nequaq̄. Nā si oēs ab īstāti suę creatiōis b̄tī fuissent: & in naturalis suę perfectionis loco gradu ve cōfirmati: haud quaq̄ pleriq; eoq; excidissent: quos demonas appellant⁹: qui ex bonis, mali euā serunt. Omnes equidē in naturali suę beatitudinē loco & altitudine creati sunt, sed aliquā eoq; pmanserunt: aliqui vero abeo loco, in quo beatī fuissent, si tñ pmāfissent: infeliciter exciderūt.

72 An boni saltē āgeli: qui nō exciderūt fuerit ab īstāti suę creatiōis vere beatī? Boni angelī qui nō exciderunt: in eo gradu & ordine, quo creati sunt, nunc quoq; permanent: &

B iiiii



Questionum Theologicarum

In eternū sunt permanendi, superiorē aliquē ordinē neq; adepti neq; adepturi. Quia tamen mox ab initio creationis suę voluntarie & libere, cū dēmonibus excidere potuerunt & nō exciderūt, ideo dicim⁹ illos haud statim ab instanti sua creationis, fuisse vere beatos: ut pote nundum in beatitudine confirmatos.

73 Quatenus boni angelī qui nō peccaverunt: nunc beatiores sunt: q̄ fuerint ab suę creationis initio?

Boni angelī qui non exciderunt: nunc beatiores sunt, q̄ fuerint ab instanti sua creationis, non altiori quidē gradu & sublimiore ordine: sed sola confirmatione: per quā qui ab initio a naturali sua se de & principatu excidere potuerunt: iam excidere non possunt. Eoꝝ igitur presentanca beatitudo: haud est augmentū naturaliū bonorum: sed eoꝝ aucterna & confirmata boni fruitio.

74 Quot sunt ad veram beatitudinē necessaria?

Duo præcipua: scilicet adhucere bono & nunq̄ posse diuelli, excidere & separari a bono. Est em̄ vera beatitudo haud tantū presenti tempore: sed etiam futuro limitada: nec dūtaxat temporaria seu perfectoria bonorum presentia: sed immortaliter ac iugis eorundem perficiuntur metienda. Nā vulgarissimus sermo testatur. Summa esse miseriā: fuisse felicem,

75 An omnes angelī ab initio creationis suę vt natura liberi: excidere potuerit? Omnes angelī ab initio creationis sua, vt liberi & libero arbitrio donati: a naturali bono & pfectiōe alienati & excidere potuerunt. Aequa em̄ omnibus affuit: aut excidēdī aut permanēdi libertas. Omnib⁹ quippe angelis: q̄ aut exciderint aut permanerint: vel virtus vel cōficiētū impingitur: vel meritum vel vituperium. Haud em̄ a deo h̄c excidere: illi vero permanere coacti sunt.

76 Quibus maxime instigantibus: boni angelī permaneunt & malī exciderunt? Amore dei & amore sui. Nam amor dei bonos angelos in beatitudine fixit: eosq; a naturali pfectione excidere yetuit. Ast amor sui malis angelis peperit ruinā. Sicut em̄ amor dei humilita-

tem & obedientiam parit: ita & amor sui, contemptum dei & superbiam gignit.

77 Quo pacto ab inuicem distant amor dei & amor sui?

Ad hunc modū distat: q̄ amor dei humilitas est amatis & extollentia amat: & pax uinitas seu cordia amboꝝ. Amor aut̄ sui: extollētia est & eleuatio amatis, supra id quod merito amari debet, quāquidē extollētiā mox comitatur amantis, ab eo qđ ppter se amari dignū est: diuīsio, lis, ac separatio. Sicut em̄ amor dei, pacē seruat & uinitatem: ita & amor sui, item gignit ac dyadē: ab amato separans amantem.

78 Quid est amore dignissimū: quod supra oīa & plusq̄ oīa amari debet?

Solus de⁹. Nam hic est author oīm: qui & oīb⁹, naturale esse dedit: & iisdem bene beatūs cupit impari. Sicut em̄ de⁹ est supra omnia locatus: ita & ab omnibus plusq̄ omnia amari debet. Si deus plus amat suam creaturam, q̄ ipsa amet se ipsam: merito debet creature impensiore amore deum prosequi: q̄ semetipsam.

An amor sui sit peccatum?

Amor sui: haud est peccatum simpliciter: sed secundum quid. Nam qui plus amat seipsum, q̄ deum: huic impingitur peccatum: tanq̄ qui in digna creaturam, præficit creatori: & finitā substantiam, infinitē. Qui aut̄ mediocri amore, sub diuinæ dilectionis umbra, seipm complexus fuerit tanq̄ imaginem dei, ad obsequium dei natā: huius amor nequaq̄ vituperandus, sed laude dignus habetur.

Quomodo verus amor sui: est eliciendus?

Ex p̄cipio amore dei. Nam qui diligit deum: diligat & seipsum. Et qui odit deum (iuxta eloquium) odit & ipse animā suā. Amor dei: nūq̄ separatur ab amore sui. Amor tamen sui: cerebrime diuino amoris aduersatur. Vnde fit ut qui amat seipsum, plusq̄ deū: hīc oderit seipm: & qui odit seipm, ppter deū, hīc amet semetipm.

Vnde omnis p̄det amor & vnde oē emergit odium?

Ex amore dei, elicitur oīs amor: tā sui, q̄ proximi:



Liber. II.

& eorum oīm q̄ creauit deus. Ex amore autē sui inordinato, omne quoq; odiū deriuat: scilicet & odium dei & suip̄i⁹ & proximi & oīm creature tu. Nā amare seipsum plus q̄ deū: est odiſſe deum & cuncta q̄ dei sunt.

82 Quo pacto amor dei & amor sui in bonis angelis conuertantur?

Nā boni angeli, quia amant deū ut suū authorē amant & seip̄os. Et quia amāt quidē seip̄os, non simpliciter & respectu sui: sed ut creaturas dei, factas in ministerium & cooperationē eius dē: hinc amantes seip̄os, amant & deum. Ex amore igit̄ dei, in amore sui. & ex amore sui, in amore dei cōuertunt. Amāt quippe in seip̄is diuinā imaginē, nihil in se, nisi diuinū: speculātes, cernētes, agnoscētes.

83 Quādū inordinat⁹ amor sui: p̄manet amor sui: & q̄n in odiū sui conuertitur? Tandiu inordinatus amor sui: permanet amor sui: quandiu fallax arridet fauetq; fortuna. Vbi vero fallax fortuna arridere desierit: vbi eum per diderit demerseritq; , qui stolido amore seipsum complexus est: tunc amor sui in odiū cōuertitur. Nunc enī & p̄diti dēmones & dānatē aīę que se ipsas stulto amore: in hac vita p̄secutē sunt. Se oderit: & amor sui, in sui odiū: dum ēternis torquētur incendiis conuerteret.

84 An dēmonib⁹ sit innata malitia & cōcreatum malī germe?

Minime. Nā bonis angelis, pares & similes creati sunt. Q; si innata fuisset illis malitia & cōcreatū malī germe: eorū casus & plapsio, nō ip̄s: sed soli deo ut authori & creatori malicie ip̄orū, merito impingere. Absit autē ut deus, sit author ali cuius malicie: vt ve aliquod malū creauerit: aut creatē alicui substātie, malī germe i p̄e indiderit.

85 An ex aliq̄ infirmitate discesserint dēmōes a bono relinquentes suū p̄cipitatū? Nō ex infirmitate aut malitia illis cōcreata: vt p̄cedens edocuit. Nā excusabilis esset eorū lapsus & indign⁹ vitupio ac ppeti gehēna. Carterū qdā infirmitate & instabilitate volūtatis exciderunt: relinquentes suū p̄cipitatū: vt q̄ deo: & coēqles & cōsimiles habeti voluerūt. Quia cām sprouide co natī sunt in altiora & sublimiora se attrolli hinc

Fo. XIII.

Inferiora & līma mundi ergastula ruerūt. Hāc au tem in f. mītas voluntatis, cui obſistere potuerūt inexcusabilis habetur.

86 An aliquādo dēmones fuerint beatī?

Nunq̄ fuerūt dēmones, vere & simpliciter beatī. Nā duo vt dixim⁹. Ad verā bītudinē exigit. s. p̄sentia natural' boni: & nūq̄ posse ab eo dimoueri: dēmones autē creati qdē sunt i gradu suę bītū dinis: & in summi boni p̄sentia: a q̄ tñ infirmati sunt & a summo bono exciderūt. Nunq̄ igit̄ fuerūt vere beatī. Nam vera beatitudo summi bona & p̄sentiam & permanētiā claudit.

87 An boni angelī qui in bono p̄māserūt neq̄at deinceps a sua excidere bītudie?

Boni angelī, post dēmonū infelicitē ruinā: i summi boni cui adheserūt. P̄nītia, p̄frūtiōe & vera bītudinē cōfirmati sunt. Ut deinceps diuelli neq̄ant ab illo: quē vt suū authorē atq; opificē reuerti, plusq; seip̄os amauerūt. Sicut em̄ ortus sol', oca casus est stellarum: ita & diuinus amor, in bonis angelis: sui amore exinanivit illosq; perpetua p̄ce deo conciliauit.

88 An honorū āgelorum in summi boni pace & vera felicitate cōfirmatio: sit libertatis eorum amissio?

De⁹ nec bonos angelos stare i bono statu nec malos cōpulit excidere a bono. Nā volūtarie & boni in bono p̄māserūt: & malī, a bono exciderūt. Nūc vero q̄ boni, excidere: & malī, in prisca felicitatē reuerti nequeāt. I haud quaq̄ est amissio libertatis libētive arbitrii, sed honorū a mal', euicterna discretio. Etenī nec virt⁹ nec vitiū: vsq; adeo creaturē naturā finitā: vt de libera, faciat nō liberā: vt in naturale liberi arbitrii donū, adimere sufficiat.

89 An hi angelī qui exciderūt: possint in priore in felicitatem reduci?

Possūt secūdū potē: iam dei: q̄ potēs ēreducere illos, si eū p̄cipitatū: quē ip̄s p̄eter reliq̄rūt. Nō p̄nit autē secūdū volūtare dei: & secūdū volūtare p̄priā. Nā iusta dei volūtas illis (q̄ppe indiguis) p̄nīam denegauit. Et rursi ip̄ illi q̄ volūtate p̄priā exciderūt: malorū actuū p̄seuerātia, oēs sibi diuinē mīc adit⁹ fore, p̄cluderūt. Ergo nec p̄nit: q̄a nō vult deus: nec possunt, quia etiam nolunt.

B.v.



Questionum

90 Quāobrem hīs angelīs qui semel exciderunt: negata est in pīscā fōlicitatem regressio?

Quia iuxta scripturā, fuerūt in sc̄ientia peccantes. Nam peccatū ex ignorātiā: excusabili⁹ est eo peccato, quod in sc̄ientia admittit. Ignorātiā ho minibus innata est. Cunctis vero angelis, naturalis omnī sc̄ientia: extitit innata & concreata. Qui igit̄ creati in lumine veritatis, ignorauerūt deū suū: hos haud ab re in perpetuas tenebras deus relegauit. Patraruunt enī in luce opus tenebrarum.

91 An qui exciderūt: post casum suum libertatem amiserunt?

Sicut q̄ pernāserunt in bono: post cōfirmationē suū, naturali libertatis dono non sunt spoliati: ita & quia bono plapsi sunt: post inſolētū sui ruinā nequaq̄ priuati sunt libero arbitrio: nēpe ut diximus nec virtus nec vitiū: aut honorū aut malorū angelorū naturā substantiamq̄ immutare potuerūt: aut addentes aut adimentes illis naturā aliquā facultātē. Aeterno tñ chao ac p̄fundo, bonos a malis deduxerūt: hos in malo ſistētes, illos vero in bono confirmantes.

92 An bonos angelos sua in beatitudine confirmatio immutauerit: malos quoq; sua mutauerit ruina?

Et bonos & malos angelos: hos quidem sua plapsio, illos vero sua in bono cōfirmatio immutauit dūtaxat ſecundū accidens nō ſecundū ſubſtatiā. Nam nullū naturae munus, poft cōfirmationem est bonis angelis adiectū. Nulla quoq; naturalis facultas: poft lapſum ſuū, in malis angelis interiit. Porro illos cōfirmatio: ſtabiles, incōuertibiles & vere beatos reddidit. Iſtos vero plapsio: inſtabiles & inſolētes effecit.

93 An ab instanti ſuā creationis mali angelī prolapsi ſint?

Cū instā ſonne impers & insectile ſic: quo pacto fieri pōt ut eodē instanti demones & creati ſint: & a vera beatitudine exciderit. Nā si eodē instanti excidiffent: fuisset vtq; illis innata malicia & cōcreatū mali germe: quod prius repudiauimus. Alius aut̄ est actus plapsionis demonū: ali⁹ crea-

Theologicarum

tionis eorundē. Et ali⁹ actus medius, ſc̄ilicet ſupbia eorū & eleuatio in deū: q̄ illorū pepit ruinam. Quō igit̄ hi tres act⁹: eodem instāti cōtigisse potuerunt:

94 An mali angelī diuīnē viſionis fuerint conforſtes?

Cū oēs angelī in ſuē pfectiōis & beatitudinis creati ſint loco: cunctis quoq; ip̄is, diuina lux viſio & aspect⁹ inoruit. Huic em̄ aſtruxim⁹ demoni pecatū, eſſe indignū venia: q; hi qdē deū quē pſentē videtur: & aptis ſpiritalib⁹ oculis, cognouerūt: amare noluerunt: q; ve tenebras, magis q̄ pſentē dei lucē & iocūdiſſimā claritatē dilexerūt.

95 An totus vnuſ cæleſtium ſpirituū ordo a vero bono exciderit?

Minime. Sicut em̄ nouē cæleſtū ſpirituſi ordies ad diuīnē trinitatis imaginē creati ſunt: ita & no uē in celis pmaſerūt. Nā ſi tot⁹ vnuſ ordo excidiſſet: ſublata fuisset diuīnē trinitatis imago in ſublimū hmoi ſpirituū: congrua, integrā, tertīa & incōfuſa diſtinctiōe signata. Iſ ſi ſup earū numeruſ q̄ pernāſiſſet: fuisset imperfetus, inſufficiēs dīminutus.

96 An tantū ex vno ordie prolapsi ſint & exciderint nonnulli?

Cōpertū ē quibusdā exēplis: ex adiuratiōe & cōfelliōe demoni, nō tñ ex vno ordie ſed e plurib⁹ aliquos a bono excidiſſe. Et cōtigit forſan ex omnibus ordinib⁹, nonnullos ruiſſe: id tñ (quippe ratione inſcrutabile) nequaq̄ temere aſſueram⁹. Nā id ſola reuelatione: vel cōfelliōne eorū q̄ prolapſi ſunt diſcendun.

97 An ſimul omnes demones exciderint an interpoſitī diebus?

Simul oēs angelī creati ſunt. Simul oēs boni cōfirmati ſunt in beatitudine. Simul alii: malitię manus dederunt & a ſuo ordine aberrauerūt. Simul deniq; in ſimā exciderunt. Nā tota eorū cohors q̄ peccauerunt: vna in ſimū extrusa deperit, perpetue in futurū gehennę adiudicata.

98 An qui peccauerint angelī: per ſe: ſinguli aberrarint: aut potius ſub vno ali⁹ quo p̄rio duce vniuersorū ruinē cauſa? Cū nullus angelus ſit pater aliorū: cū caret ite-

Liber. III.

se naturę coordinatione: sintq; adiuicē incōmunicantes & equiuoci: contingit peccatū vni⁹ nequaq; humano more) ortū esse aut pepēdīsse ex peccato alterius: sed quemlibet per se, sui peccati extitisse causam. Cōmūnis tñ theologorum opīnō: vult esse aliquē p̄imū totius apostasię ducē, cuius inscēlicē in deū rebellionē, perdīta aliorum cohors sequita: sit pariter cum eo p̄ac̄ipitata.

99 Quod est p̄imū vniuersi malum ex quo omne aliud malū pepēdit?

P̄imū vniuersi malū: est id quod in mente p̄imū apostasię ducis sponte efferuit. Id enī illico serpsit in mētes eorum angelorum: qui ex bonis angelis dēmones euaserunt. Hoc p̄imum mali ger men: initium est totius secessionis a deo: q; ex angelico genere: in humānum v̄sc; genus processit Etenī natura: null⁹ est mali causa: vt pote quod ex solius voluntatis libertate pepēdit.

100 An sit aliqua substantia naturæ serie & creationis ordīne mala?

Sicut deus bonus est: ita oīs dei creatura & substantia, naturali creatiōis ordīne ab illo profecta: haud potest nō esse bona. Nullum quippe malū (vt in p̄ecedente diximus) ortum est a deo, aut a natura: sed a sola voluntate: q; sese vltro sponte ac libere a deo sequestrauit. Nam & dāmonum substantia & materia (q; forsan mala quædā esse videant) natura bone sunt: dāmonum tñ substātia; voluntarie a deo & summō bono, effecta est aliena. Materia vero ideo mala putat: quia a summo bono, semotissima est: & extremū summū entis vestigium.

Theologicarum quēstionū secū
di libri Finis Anno domī
ni: 1512; 21 decem
bris,

Fo. XIII.

THEOLOGICARVM Q VESTIO
num Liber tertius.
De creatione materię & vniuersi.



Vid post āgēlos
creauit deus?

Materiā: q; est p̄imā
cōsistētia oīm sensibiliū: & eorū entiū q;
singlaria & p̄mutabila sunt: substātię
initiū. Hanc vniuer
sorūvibrā, hāc vni
uersalē potētiam &

Hylen pleriq; vocauere: q; ē naturale substernicū
lum ac fulcimentum eorum substātiālium actū
um: quos lunaris cōcli ambitus cōprehendit.

2 An materia sit p̄imis & antiquissimis
angelis coęua?

Nō ex pte p̄incipiī. Nā p̄ precedētē: ip̄a post an
gelos creata. Si autē ex pte p̄incipiī, esset angelis
coęua, hoc ē que antiq; cū angelis creata fuisset.
At inter angelorū creationē & ortum materie: nō nihil
temporis interhyauit.

3 Quot modis contingit angelos abiū
ctos esse a materia?

Duobus. s. tpe & gradu. Tpe quidē: q; aī materi
am facti & creati sunt: fuctūq; aliquā ī esse: q; nō
dī erat materies. Gradu vero & subsistēdi modo
quia puri actus sunt & simplices atq; imp̄mixti
spūs, nequaq; materiali indigentes fulcimēto: fe
rūt em seip̄os: nec in materiei gremio recipiunt.

4 Quo pacto sint nūc angeli coniuncti
materiei?

Solo tpe: nam nūc sunt angelī: quādo est & ma
teria: estq; p̄sentis qui duratio & angelis & mate
riæ communis. Sunt enī nūc angelī & materia
coniuncti: quia ī eodem quo durant. Gradu ve
ro & substantia: semp abiuncti & abiuicē disso
ciati manent. Ex angelo quippe & materia: nulli
us substātię ītegritas, coalcēcere ac resultare p̄t.

5 An materia sit ppter angelos creata?
Nequaq;. Nam puri illi actus: nūl habent cum
materia cōe: nec cōlestia illa palatia nec sp̄iritalis
a materiaq; penitus aliena, natura; materialem

Questionum

illis mansionē deputāt. Si enim propter angelos, creata fuisset materies; debuisset utique aut an gelos, aut post illos exortū aut p̄creari. Cūcū q̄ peq̄ cuidā actū sunt necessaria; eundē actū præcūrere & ante illū p̄mitti solēt.

6. Cur angelī nō sunt natī residere i materia?

Quia angelī perfecti sunt ab initio; & tā substantia q̄ scientia consummati, nullā habentes potentiam aut naturalē aptitudinē; qua aliud quiddam fieri & adipisci natī sint. Purus igit & perfect⁹ ab initio actus; nihil cū potentia, priuatione & imp̄fectione omniū habere potest cōē: nec vlo naturali vinculo illi sociari ac nubere posse cōuincit.

7. Quid est materia?

Inchoatio sensibilis vniuersi. Est enim vmbra prima ac pertenuis figura; p̄missa aī ornatū mundi; & p̄currens omnē sensibile actū; per quē cōpletus est mundi decor, ordo, discretio. Fecit enī deus per materiam; quod pictores solent. Hi enim in primis vmbraitilē quandā confusamq̄ effigie describunt; priusq̄ verot & apparētiū colorum decorē adiiciat. Ita & deus vniuersum prescrispit in naturali vmbra & cōfusa quadam oīm effigie. Postea vero lucidoriū actuum colores supinduxit totā materiam i mūdi decorē ornatūq̄ distribuēs.

8. An creauerit deus prius tenebras q̄ lucem?

Minime. Nam angeli sunt vt spiritualis & intellectualis lux, materia vero vt tenebra. Hęc aut post illos emersit. Quare & lux tenebris facta ē a deo prior.

9. An materia sit ppter seip̄am creata?

Nequaq̄. Nā imperfectū ens, ppter seip̄m factū nō est; sed ob aliqd natura p̄statiū. Si enī materia est primaria quedā & vmbraitilis effigies mundi; nō p̄t materia esse facta ppter seip̄lā. Omne nā q̄ principiū, sui finis est initium; idq̄ naturalē suū finē, tempore p̄cūrit.

10. Si materia nec propter angelos: nec propter seip̄sam est facta: propter quid exorta est?

Propter mundū & omnem plenitudinē mundi. Etenim finis materię, haud quaq̄ in aī; sed in poste

Theologicarum

riore parte vestigādus. Quippe materia nec deo, nec angelis, nec sibi ipsi aliqd cōfert, sed soli mundo & actibus mundi sensibilis; qui in illi⁹ gremio condī, fulciri & residere natī.

11. An actus factus sit ante potentiam?

Actus simpliciter: factus est ante potentiam. Nam angelic⁹ actus, aī materia q̄ est potentia vniuerforū: actus vero secundum quid, hoc est sensibilis actus: posterior factus. Nam materia creata est inter actū simpliciter: & actum secundū quid. Intellectualē cīm actū, a sensibili dispartitur ac dirimit hoc antiquior, illo recentior.

12. An materia inter vtrūq̄ actū creata: & que se habeat ad vtrūq̄?

Minime. Nā nō est facta propter intellectualē actū: nec suū in illo recipit finē. Est aut facta propter actum sensibilem; cui vt naturali fini: iugiter nubit, heret, socia. Ex materia enī & intellectualē actū: nihil fit vnu. Ex materia vero & sensibili actū: nod⁹ omnium sensibilium rerum compingit.

13. An materia sit immortalis & éterna?

Materia secundum principiū & exordium suū, dissidet ab angelo: posterior illo creata, at secundū finē pari quo in mortalitate & stabilitate substantiae illi exequatur nunq̄ desitura, nunq̄ extermianda, aut annihilanda. Nam quę fluxui, successioni ac varierati sensibilium actuum subdenda est: hanc merito eandem, stabile, fixam & immortalē esse oportuit.

14. Propter quid p̄cipue materia & creata est: & immortalitate donata?

Propter humanum actum. Hic enī & immortalē est: & sensibilium p̄stantissimus actū. Est & supremus finis materię cū quo materia (ex qua cīdē actū: speciosum natura domiciliū cōstrūit) nata est cælestis beatitudinē particeps fieri: & præter naturam suam in supercelestem aulam tolli.

15. Quot modis conceptus est a deo mundus?

Trib⁹: scilicet in mēte diuina, in angelis, in materia. Nā hęc tria: integritatē cōpletū & pfectio nē mundi antecessere. Concept⁹ fuit mundus in



mēre diuina, ab ēterno. Ab initio vero primi qui & creationis totius auspicio: conceptus est in angelo. Postremo vero proxima cōceptiōe, comīnū i materia cōceptus. Est enī materia semen mundi.

16 Quot sunt potētiae & p̄missae mūdi? Tres: sicut in precedēte dixim⁹. Nā diuina mens est prima & æterna mundi potentia ac simplicissima illius prēcognitio. Angel⁹ vero, secunda potentia & p̄missa mūdi: q̄ p̄mittit debuit, anteq̄ mūd⁹ fieret: tanq̄ extīnsecū quoddā diuinæ mētis speculū. Materia vero suprema est & proxima mūdi cōceptio: ex qua illico perfect⁹ est mūdus.

17 An mediantibus & cōcreantibus angelis: creauerit deus materiam & mundum?

Nequaq̄. Nam creationis actus soli deo p̄p̄ri⁹ ē: nec vili creature cōmuniſſe pōt. Angelī creati sunt a deo. Materia quoq̄ & omniſ ſequia crea- tura, ſpectans ad vniuersi decorē: a solo deo crea ta est & enī hilo, pducta. Etenī diuina cunctorū opifex mens, omnē ſubſtantia vniuersi & angelorum: per ſe, absolute, incircumscripte & abs. p̄ in ſtrumento produxit.

18 Si angelī deo materiā & mundum ne quaq̄ concrearunt: cur illi ante materiā & mundū producti sunt?

Volens pictor imaginem ſuā, in materiali aliquo ſubiecto pingere: q̄q̄ illius forte ideam & veriſi ſimū exemplar in mente habeat: vult nī hilomius illam in exteriore aſtante ſpeculo intueri & ſpeculari p̄ſentē, vt ad illius instar: cōmodius quod cupit pſificat. Ita & diuina mens, q̄q̄ mūdi ideā intra ſe ab ēterno p̄quidērē: voluit tñ & illā in exteriore ſpeculo vt in angelo p̄ſentē habere: vt in illius ſpeculatione, perficeret vniuersum.

19 Quomodo se habet angelus ad diuinam mentem: in creatione vniuersorū? Sicut imago in ſpeculo, aſtans pictori. Habet enim pictor alia ſuī imaginē mēre, alia cernit videtq̄ e regione ſuī in ſpeculo, alia deniq̄ in hui⁹ ſpecula- tione, in papirō, vel alia quauis materia deſcribit ac pingit. Et haec tres imagines licet ſubiect odi uerſe ſint: ſit tñ eiusdē rei vt pictoris imago.

20 Quo pacto in diuinis pſonis ſe habet ſi lius ad patrē in creatione mundi? In creatione omnī: filius ad patrē ſe habet, ſicut imago q̄ est in mente pictoris ad pictorē. Nā fili⁹ est primū & ēternū ſpeculū patri: in quo ut con ſubſtantiali conceptu: pater & p̄quidē & conce pit vniuersa. Et iſ ēternus mundi cōceptus patri conſubſtantialis: ip̄i quoq̄ patri concreauit vniuersa.

21 Quo deniq̄ modo ſe habet mund⁹ ad diuinā mentē?

Sicut tertia pictoris imago: quā in papyro aut tabula aut quauis materia pictor deſcribit. Mentalē enī pictoris imago est ut fili⁹ dei. Ea vero q̄ iacet in ſpeculo ut angelī. Quę aut̄ deſcribitur in mate ria, velut mūdus: diuina enī mens in contemplatione conſubſtantialis ſuī conceptus: creauit exteriorem mūdi conceptū hoc est angelos: in quo tū etiā ſpeculatione, perfecit mundū.

22 Quo argumento angelī mūdum deo nequaq̄ concreaffe conuincuntur?

Argumento ſecundū imaginis pictoris: ei⁹ inq̄ q̄ ē in ſpeculo. Nā etiā pictor tertia imaginē profert in ſpeculatione & contuitu ſecundā imaginis: nihil tñ hæc ſecunda imago, pictori cooperatur neq̄ propterea villo pacto dicenda eſt tertia imago, opus eſſe ſecundū imaginis. Sic igit̄ & angelī nequaq̄ mundū deo cōcreaffe arguunt̄.

23 An potuerit deus creare mūdū abſq̄ p̄ſeuīs angelis?

Sicut pictor ad instar eius imaginis quā in mente ſeruat: abſq̄ medio eius quā eſt in ſpeculo, p̄ducere tertia imaginem poteſt: ita & diuina mēs in ſpeculatione internā & conſubſtantialis ſuē notionis, abſq̄ vila angelorum p̄ſentia: potu- it procreare mundum. Voluit tamen diuina ordinatissima mens: congruo ordine, a prima ſuī imagine, per ſecundam, in tertiam vſq̄ deuoluī. Illam ante hanc non tamen ut concreatricē p̄mittens.

24 Quae ſunt obiecta diuinę mētis in crea- tione mundi?

Duo ſunt, scilicet obiectū cōſubſtantiale & obiectū in cō- ſubſtantiale. hoc ē, angelicū gen⁹, illud vero diuinū

VX. Questionum

verbū. filius dei est increatū mūdi exēplar: simile
(vt diximus) huic imaginī, quę ē in mēte pīctōris. Angeli vero sunt vt creatum mundi exēplar
extra diuinā mentē: persimile etiā imaginī, quā pī-
ctor in speculo cōspicat: vt cōsimilem imaginem
in materia perficiat. Primiū: est obiectū necessariū.
Secundiū vero contingens. Primum cōcreat
patri, secundiū nequaq.

25 Cur iterum angelī: sunt ab initio per-
fecti: vt esse simplex?

Quia sunt vt exterum dei obiectum: in quo pī-
speculatus est extra seipm̄ deus; quicquid postea
in opere vniuersi erat facturus. Sunt enī angelī:
vt imago, astans vultū pictoris in speculo: quę si-
mul atq; a vultū pcessit pictoris: excepta in spe-
culo, tota repente perfecta & integra iudicat.

26 Quo argumēto angelī creati in insta-
ti: mundus vero sensim creatus & per-
fectus fuisse dīnosci queant?

Argumento secundā & tertię imaginis. Nam se-
cunda pictoris imago, quę eidē in speculo fistit &
präsentat: repente in speculo exorit estq; ab initio
tota, integra, perfecta, nihil aliud fieri nata.
Tertia vero imago: q; ad illi⁹ instar, in papīto aut
tabula aut qualibet materia, manib⁹ pictoris ex-
arat: diuidue, varie, perq; multipharia lineamen-
ta in tpe perficit. Angelī igit̄ vt secunda imago, re-
pente: Mundus vero vt tertia imago, sensim a
deo perfecti sunt.

27 Quo pacto rursum angelī: simplicio-
res esse mundo dīnoscat?

Per id: q; secunda imago simpliciore, puriore &
priore actu pcedit a vultū pictoris, q; tertia: q; est
opus pictoris, manuale & penit⁹ extremū. Sunt
enī angelī vt opus diuinū vultus: diuinęq; mētis
secunda quidem simpliciter, sed prima creata ima-
go. Mūdus aut̄ est opus dei manuale & suprema
dei imago: sensim atq; diuidue in materia exara-
ta, descripta, pducta. Qd̄ enī manib⁹ fit: pñixti⁹
& cōpositi⁹ est, eoqd̄ simpliciverbo, voce aut vul-
tu profertur.

28 Qualiter processit deus in creatione
omnium?

Bifariā. Primo a pfectis, ad imperfecta: deinde ab im-

Theologicarum

perfectis, ad pfecta. Nā a seipso angelū, vscq; ad
materiā: pcessit a pfectis ad imperfecta. A materia
vero vscq; ad hoīem: ab imperfectis ad perfecta. Et
enī deus, p̄stantior est angelis. Angelī quoq;
materiā dignitate p̄cellūt. Materiā vero vt om-
ni sensibili actui subiacere nata: cūctis inferior &
imperfectior reperit.

29 An ordo creationis omniū sit ascēsus
vel potius descensus?

Est vterq;. Nam ab angelo ad materiā, descēsus,
a materia vero ad hominē vscq;, ascensus. Angel⁹
quippe apex est & summa, diuinū totius opis.
Homo vero culmē est materialiū actū: quorum
substanciūlū & extrema subsidēria, moles ē ma-
teriē. Processit igit̄ deus descēdens a summo ad
imū: deinde ab imo scādēs resiliit in mediū.

30 An tota materia creata sit diuidue &
in tempore?

Mīnime, sed tota exorta est & facta in instati. Ha-
bituit enī parē angelis ortū: tota facta ab initio &
tota in eū permanisura. Sicut enī nullus angel⁹
post aliū emersit. Sicut nullus de nouo pcreatur
sicut nullus vñq; interibit: ita & materiē nulla p
est altera parte origine posterior: nulla de nouo es-
mersit, nulla vñq; in nihilū conuertet. Nempe &
angelorū & partiū materiē: fixus est & immuta-
bilis numerus, q; neq; maior vñq; neq; minor fiat.

31 An materia sit creata pura: hoc est vt
potentia simplex omni actū spoliata?

Neq;: sed simplicissimi & abiectissimi actū, vt
elemētariæ formæ: a natura illi inditæ & cōcreatæ
sunt. Nā nihil creauit de⁹ oculis, irane aut va-
cuū. Atqui materia absq; oī actu: oculosa esse con-
uincitur. Non est igit̄ creata materia pura: & ab
omni actu separata.

32 Per quid angelorū & materiē creatio
subitelligi potest a Moyse in ope septē
dierum signata & expressa?

Per prima verba: scilicet In principio creauit de⁹
cælum & terram. Nam & si per cælū & terrā: ad
litterā intelligendi sunt orbes cælestes & elemē-
ta mūdi: in analogia tñ cæli & terre, sunt angelī
& materia subitelligādi. Idcirco enī & cælū pñ
terra vero postea exprūnit: vt ostendat cælotum



Liber. III.

& angelorū creatione materie & terre creationē aī cessisse. Et sicut caī natura angelis subest: ita & palā est terram, omni sensibili ornatui subiacere.

33 Cur Mosaicus sermo de creatōe mūdi inchoat a cælo & terra: cum nequaq̄ hec sint diuinī operis primordia?

Quia cœlū & terra, sunt extrema corpora visibil' totius mūdi. Etenī cœlū est vt corporei visibilisq; mundi act? : terra vero vt potētia ciudē. Sub terra nullū corpus: supra itē cœlū nihil corporeū & visibile manet. Omne aut̄ quicqd visus mortalis ve oculus cernit: quicqd itē nō est exp̄ corporeæ molis: nequaq; cœli & terre captum subterfugit. Nimirū igit̄ si ab extremis, sensibl' visibilisq; mūdi corporib?: Mosaicus sermo de mūdi creatione inchoauit.

34 Cur de inuisibiliū vt angelorum & materie creatione Moses nihil expresse locutus est?

Angeli vt incorporei & corporei molis expertes: natura inuisibiles sunt. Materia pariter vt huius modi, hoc est vt pura materia ve simplex: vt formis tā accidētariis q̄ substātialibus vacua: a mortali & corporeo oculo cerni negt. Hæc itaq; sunt inuisibilia cunctarū rerū extrema, ac diuinī toti⁹ operis primordia: quorū Mosaicus sermo expressam mentionē nō fecit: ppter ea q̄ sub visibiliū vt cœli & terre expressiōe; ea signauit & palā subintelligi voluit.

35 An cœlum: sit varie diuīdue & successiue creatum?

Oīs orbis creat⁹ est tot⁹ simul. Nā in omni orbe: est q̄ maxima partiuū similitudo. Nullū q̄ppe inter eas, designari pōt̄ discrīmē: prioris aut posterioris. Sicut enī in circūferētia círculi, quodlibet punctū tria rōne diff̄ init: scilicet príncipio međio & fine: ita & in orbe, quicqd notaueris, trinā rationē habet: principii scilicet medii & finis: nō igit̄ alicuius orbis & cœli: pars aliqua, creata ē pri or alia vero posterior: sed tot⁹ orbis factus simul.

36 An quattuor elemēta sint successiue procreata?

Aut quattuor elemēta, creata sūt in istāti: aut ab initio, duplex vacuum aliquādiu in mūdo stetit.

Fo. XVI.

Prīmū vacuū naturaliū formarū in materia: q̄ si ne forma elemēti, nullā aliā potuit habere formā Scdm̄ vero vacuū, loci & inanis spaciū. Nā si in instanti nō sunt creata elemēta: sublunarī cōcaūtas, fuit nōmīq; vacua & elemēto nō plena.

37 Que est regiō sensibilis mundi & que eius plenitudo?

Sensibilis mūdi regiō: est quicqd a cētro terrae ad concavū vſq; cœli lunę patet. Hāc enī totā regiō nē: elementorū quaternitas seplet. Quābrē plerūq; elemētaris ab elementorū plenitudine appellaat: q̄nūquidē nulla sit ei⁹ pars, elemēto vacua.

38 An cœli omnes facti & creati sint in instanti eodem?

Quodlibet cœlū vt dixim⁹ factū est in instāti: ppter orbicularē figurā, q̄ successioni, varietati & imp̄fectioni aduersitāt. Qz aut̄ cœlorū alii post alios facti sunt: aut q̄ oēs eodē instāti: nihil hacten⁹ definitū cōp̄io. Atramē manifestū ē, aut oēs cœlos eodē instanti pfectos fuisse: aut tpe successioniē perfectionis eonū: nequaq; vacuū & inane potuſ se excludi. Nā vno tantū pcreato: reliquorū spacia erant inania: Nisi forte dixeris inferiores celos factos esse ante sup̄iores. Hoc enī mō effugies qdē vacuū. Sed sicut cœlū creatū est aī terrā & cœtera elemēta: rationabile erit & sup̄iores cœlos, in inferioribus esse priores.

39 An cœli fuerint procreati ante quatuor elemēta?

Cœli: dignitate quattuor elemēta p̄cellūt. Si aut̄ tēllos tempore & creatōis ordine, dixeris prioris esse elemētis: sequetur par incommodū, qd̄ in p̄cedente de vacuo inferre voluimus. Nam perfectis cœlis & nondum subsistentibus elemētis: sensibilis mundi regiō erat elemētis & omni alio corpore vacua: quod si fateri nolueris: & quattuor elemēta, cœlis ipsis recentiora esse ins̄cieris: oportet.

40 An omnis corporea mundi plenitudo tam cœlorū q̄ quattuor elemētorum: sit successiue perfecta?

Si celos contēdis ante elemēta pfectos fuisse: fateris sensibilē regionē aliquādiu extitisse vacuā,

Questionum

Si vero elementa dicas celis esse antiquiora: & id quidem in rationabile videtur: cum nequeant sine celis, subsistere elementa. Ut potest quorum natura in constellatione & multiformi influentia: regunt saluanturque. Aut igitur vacuum fuit aliquando in mundo: aut ortus est effectus, ante conservatum suum causam. Aut omnis corporea mundi plenitudo tam celorum quam elementorum: eodem instanti accepit suam substantiam initium.

- 41 Si in ortu totius corporeae mundi plenitudinis: tam celorum quam elementorum: nulla contigit temporaria successio: ubi nam aut in quibus: contingit successio mundi?

Haud temere diffinimus: eodem instanti & ceteros oes & quattuor elementa emersisse. sed haec aut simul facta: aut fuisse aliquando vacuum. In minoribus autem entibus, hoc est in plenitudine regionis elementaria: contingit diuidua successio: ut in ortu & creatione eorum quae sunt, quae vivunt, quae sentiunt & quam ratione praedita sunt. Hac enim haudquam simul: sed diuidue emerse.

- 42 Quot sunt sensibiles actus: nativi esse & residere in materia?

Quattuor. Substantia, vitalis, sensitiva, rationalis. Ad numerum quippe quattuor elementorum seu maiorum sensibilis mundi entium: minora entia in elementis saluari & conservari natae distinxeruntur. Sicut enim sensibilem mundum quatuor elementa replent: ita & ab his quattuor actibus, materia potest: quiquid fieri potest evadit.

- 43 An sit materia supra rationem seu humanae actus quicquam cosequiri nata?

Nequaquam. Nam humanus actus, supremus materiae finis est: quo adepto: materia nihil amplius aut fieri expostulat, aut consequi potest. Haud enim nata est angelicum actum habere: qui sicut extra materiam factus: ita & natus est perpetuo extra materiam residere. Est enim is actus liber: ferens fulcensque semetipsum.

- 44 An sit materia tantus hyatus tamen potentia: quantus est angelicus actus? Summus supremusque creatorum actuum angelicus est.

Theologicarum

licus est. Maxima quoque ac suprema potentia ea est: quae inedita materiei. Hec tamen est illo paulo minor. Nam potentia hyatusve materiei, exatitur humano actu: qui angelico paulo inferior predicitur. Haud est igitur potentia priuatio & capacitas materiei: angelico actu, sed humano paulo inferiore, metienda. Etenim angelicu esse: posse esse materiei transcendit.

- 45 Vbi est & quanta est universalis mole materiae?

Vniuersa mole materiei est in concauio celi lunae. Extra enim huiusmodi ambitum: neque in celo neque supra celum vlla materiei pars nisi forte praeter naturam seriem reperiatur. Est autem eius mola tanta: quanta & quattuor elementorum plenitudo atque distensio. Etenim elementarius actus: ut quantitas quedam est materiei: extollens illam ac distendens, in totius sensibilis mundi repletiā.

- 46 Quare est omnis instinctus appetitus ve materiei?

Quotquot sunt actus quos ipsa nata est habere. Illi autem sunt ut diximus quaterni, essentia, Vita, Sensus, Ratio. Tanta igitur nec plura: materia & fieri nata est & appetit esse. Est enim per omnia, sive aequalis materia elementorum quaternitatis, cum nec plura, nec pauciora habere possit: quemque in elementis visuntur.

- 47 An ullum instinctum habeat materia ad angelicu actum?

Nullum, nam & ad impossibile & praeter naturam nullus illi est ineditus instinctus. Impossibile est autem, aut saltem praeter naturam: ut angelicus actus materiae nubat atque societur. Præterea supra humanum actum: nullus viseret instinctus materia. Haud appetit igitur materia, angelicum actum habere: quem consequi nequit.

- 48 Cum angelii sint priores materia: cur nonnulli circa veritatē aberrantes: dixerint materiam priusque angelos: esse deo coeteram?

Quia deus immensus actus est: angelii quoque quicquam actus sunt: creati tamen & finiti. Materia autem actus non est: sed potentia quicquam & passibilis substantia: nata subesse actibus & operationibus.



Liber. III.

Fo. XVII.

nibus eorū. Si igit̄ egeret diuinus eternus actus, aliq̄ exteriore substātia sibi coēterna: esset illi materia plusq̄ aliud vllū ens necessaria. Magis em̄ eget actus potentia; q̄ actus actu: quodocuidē: cū oīs actus impassibilis sit: haud pōt vnius act⁹ alteri⁹ act⁹ subiacere operatiōi. Errauerūt itaq̄, q̄ materiā dixere deo coēternā. Rationabilis tñ locuti sūt: q̄ si āgēlos illi coēternos astrinxissent.

49 Quo pacto intelligendū sit: terrā ab initio fuisse inanem & vacuā: cum vacuū sit a mundo explodendum? Per terram inanem & vacuā: intellige totius sensibilis mundi spaciū: plentū quidem maiorib⁹ entibus: hoc est quattuor elementis: nōdū tñ minoribus hoc est mineralibus, vegetantibus, animalibus & hominibus plenum. Hoc em̄ pacto & mundi vacuū effugies: & sensibiliū creaturarū, variam ac successiuam originem: nequaq̄ te inficiari oportebit. Repentinus quippe quattuor clementorū orr⁹: mūdi vacuū ppndit abegisse.

50 Quid etiam est tenebras fuisse super faciem abyssi? Nihili negatio: aliquo pacto immēsa & inexhaustibilis est. Vtpote que si non nunq̄ exhaustiretur: diuina quoq̄ potentia supremū sui actu parturiret: quo vis ipsius exinanita fileret. Per tenebras igit̄ super faciem abyssi: intellige potētiā & ymbram materiæ: quā supextēdit de⁹ abyssō nō entis: tanq̄ non enti vicinā: phibentē diuinū radiū decidere in abyssum. Nā irūtus & infodus est is radius qui conatur totā nihili abyssum ad esse perducere.

51 An nihili abyssū creata sit an eterna? Nihili abyssus siue non entis immēitas: creata non est. Nā nihil est. Hāc ergo qui dixerit eternā esse: dicit solum deū esse eternū. Qđ enim p̄ter deū eternū est, nihil est: id est pura nō entis assertio & entis negatio. Hāc autē abyssi facie ac superficie: cōtegit, operit, velat, ingēs materiæ moles. vt super eam, incidētes diuinū radiū foecūdi fiat: & variis sensibiliū actuū flores parturiāt. At ve- 56 tu hoc sentire est dicere materiā esse extremū enī vestigium: finitimā nō enti ac nihilo.

52 An possit aliquis sensibilis act⁹ recipi

in materia prima simplici: arida: pura? Per sensibilem actum: hic intellige actum perse-ctum vt mineralem, vegetatiū, sensitivū, rationalem. Materiā vero prima, simplex, arida & pura vocatur: vt est mera priuatio & ymbra, omni actu spoliata. Diximus autem hoc pacto materiā (quippe ociosam)creatā nō esse. sed innatū illi & cōcreatū fuisse actu elementi. Haud potest igit̄ aliquis perfectus sensibilis actus: nudā et simplici materia inesse.

53 Quid est materia prima & qd secūda? Materiā prima & materia secunda: sunt vna materia numero: quę vt sola mente & intelligentia, omni actu prior effingit: vocatur prima. vt vero p̄ primos elemētares actus, ad secūdorū actū susceptionem natura preparata: secundē hoc est dispositiō materiae nomen habet.

Quid intelligēdum per id q̄ spiritus domini ferebatur super aquas? Per spirū domini: intellige (vt multis placuit) efficiētem omniū causam: seu diuinū intellectū, cuncta discernentem: & e confuso materiæ chao, p̄ medias eius dispositiones: congrue aquis respōdetes, singula in suos actus & p̄prietates vendicatē. Nā obruta aquis materia, id est naturalib⁹ dispositiōib⁹ impregnata: a diuino demum intellectu, omniū sensibilium actuum discretionē ornatumq̄ suscepit.

Quę sunt aquę illę super quas: spirū domini ab initio ferebatur? Terra materia prima est. Aquę vero medię, inter terrā & spirū domini: sunt naturales dispositio-nes materiæ, qb⁹ affecta & irritata transit in materia secundā: materia prima vberiore. Nō enim dixit: spūs domini ferebat super terriā, id est super materia primā, nudā, arida, insociabā: sed super aquas: hoc est sup̄ materiā secundā, aquarū seu elemētis alluvione impregnatā. Est em̄ p̄priū efficientis cause in apto disposito & p̄parato subiecto: non nihil operari.

An per id quod dictum est fiat lux: sit angelorum creatio intelligenda? Si hęc lux, creata est post cælū & terrā (vt litterae textus indicat) nō video quo pacto id dictū fiat.

C



Questionum

lux: angelorum creationis alludat. Sunt enim angelorum primordia omnis creature celo & terra priores. Si autem lucem ante oia creatam esse dixeris: rationabile est per lucem angelorum creationem explicari.

⁵⁷ Silux: angelis sunt: quid erunt oppositae luci tenebræ?

Si per angelos lumen sumis: ex opposito per tenebras intelligenda est materia. Erunt enim hoc pacto primordia omnium creaturarum: lux & tenebrae id est angelus & materia, putusque actus & universalis potentia. Nam subiungitur in Ista diuisio lucem a tenebris: id est separauit angelos a materia, quoque natura est: nulum cum materia habere commercium,

⁵⁸ Quae ratio nos precepit in merito sex diebus: cuncta a deo fuisse perfecta?

Ratio & circuli & sphære. Circuli quidem: quia enim semidiameter, senarius numero totum enim circumferentiam percurrit: sphære vero: quia & tota universalis peripherie sphaera ambitus circa centrū idem, sex proportionum differencias cognitae dispartitum: scilicet sursum, deorsum, dextrum, sinistrum ante & post. Haec enim differencias, sicut velut quidam diuinæ monadis in centro residentes: ad extrema suæ sphære voluntarie pfectiones, senis diebus absolute.

⁵⁹ Unde oritur senarius dierum: quibus omnia perfecit deus?

Ex numero diuinæ trinitatis. Nam prius in diuinis personis hunc senarii prefectorum numerorum primi, scrutatus sum & repertus: ex monade, dyade ac tryade constantem. Quæ ter quoque transi esse monstrauimus: trinum ut trigonum: trinum ut tertium trigonum: trinum demum ut tres partes habentem.

⁶⁰ Cum post sex dies: qua oia a deo perfecta fuere: ieretur re queritur deus: cur septimus dies temporibus prioribus annuerat quasi ea sola reguerit deus? Deus senis diebus, omnem mundi ornatum perfecit. Postea vero in eum reguit. Ab hoc tamen diuinæ genitrix quoque tempore annumerat, ut per id diuinæ monadis in seipsum reciprocatione designetur. Nam sex enim diebus extra seipsum perfecta;

Theologicarum

septima demum die, in immobilem sui crepidinem est reuocata.

Quo pacto totius eternitatis linea: sit in nouem partes dispartienda?

Ab eterno ad creationem usque angelorum diuinam unitas sola in seipso resedit. Ab initio vero creationis omnium: sex diebus illa extra se perfecta dicitur. Septima autem die, receptum canes: reuersa est in seipsum. Quicquid postea superest eternitas: a septima die usque in eum: statum est diuinæ monadis in seipso. Hoc pacto in nouem partes: tota distribuitur eternitas.

Quæ sufficiencia est septem dierum ex natura entium?

Entia simplicia in septem dividuntur: in sex actus & materialia unita. Nam duo sunt actus extra materialia: diuinus & angelicus. Quattuor vero quos natura materialis socialiter essentia, vita, sensus, ratio. Nihil enim plura coperta habemus entia. Ab his igitur septenies entibus: haud ab re septem dierum sufficiencia sumenda.

Quae universaliter respondunt entia? Angelus primus residet diei. Nam primi exorti sunt. Materialia secunda die ostendit. Essentia ut tertia dies est. Vita quartus die proprietas habet. Quinta die sensus insinuat. Sexta iplest humana ratio: quod sexta die emerit. Septima vero diei sanctitudo: deo copatur.

Cur insignes principia uecreturas angelum hominemque deus ante omnia & post omnia procreauit?

Vt perfectas creaturas: perfectarum statu & immobilitate cingeret & in esse coiceret: ut ve obsecras utriusque illustraret. Bina igitur luna geminalis: facies hinc angelum inde hoc enim: perfecti creaturæ circumdit: procedens a luce præcepit per tenebras rediēs in lumen.



⁶⁵ Cur hominem qui finis est mundi: creauit deus postremum?

Liber. III.

Fo. XVIII.


Quia sine mundo & inferiorib⁹ entibus nō poterat subsistere homo. Extruxit eñ prius, natura 69 lemn hois mansionē: priusq̄ hoīem introduceret in eandem. Preparauit illi oīa imprimis necessaria: Deinde illū ad preparatas mūdi delicias introduxit. Fabricauit hospitiū: priusq̄ hospitē crearet.

66 Cū postremus emerſerit homo: quo pacto primę creature: vt angelo vīcīnū obtinuit locum?

Quia creationis motus: nec simplex descēsus est nec simplex ascensus: sed ascensus & descensus. Primo quidē descēsus, a summo in īmū: vt ab angelō, ad materiā. Scđo vero ascensus ab īmo, ad mediū: vt a materia ad vīq̄ humānā rationem: quæ ideo angelico intellectu, euasit loco & grādu vīcīna.

67 Quę mathematica figura: sit diuīę creationis īdicio q̄ maxime apta?

Eptagonus: cuius apicem obtinuerit de⁹. Nam hic septē dierū intercalla q̄aptissime distinguuit. Ostendit īsuper homīneni q̄q̄ creaturarum suā premiā: esse aliquopacto angelo parem, equa cū illo vīcīnia ad deum se habentem.



68 An sex primis diebus: sit vniuersorū creatio ex toto absoluta atq̄ perfecta? 73 Absoluta est & perfecta secundū speciem: nō tam secundum omnia, omnium specierū singulāria. Nam quotidie sensibiles actus, noui a deo procreātur: qui spectant ad consummatiōnem & integrātatem specierum, quæ affiduis gene-

rationibus per sua singularia explicantur.

Cū nulla sensibilis species sit tota ab ītio facta quopacto senis dieb⁹: dicitur pfecta esse oīm creatio secūdū specie⁹: Dicitur sex primis diebus pfecta oīm creatio se cūdū specie⁹: haud quia sensibilis quelibet species fuerit tota ab ītio pcreata. Nam id proprium est dunta, at intellegitualium & celestium specier̄: sed quia cuiuslibet sensibilis speciei: prima īdīuidua, in vīro & sexu: sex illis diebus perfecta sūt: vt primus homo, primus equus, leo primus, & ita de aliis speciebus.

Quot entia: sunt ab ītio tota ītegra perfecta?

Tria: Deus Angelus Materiā. Nā deus pfectus est ab ēterno: per essentiam, per generationē, per pcessum: scilicet per esse patris, p generationem filii, & pcessum spiritus sancti. Angelus vero per fectus est & totus ab ītio creationis sue. Et eadem de materia dixerit.

Quot superant entia: nō perfecta ab ītio: sed affidue perficienda?

Quattuor: scilicet actus substātiuus, vitalis, sensitiuus, rationalis. Nam horū actuum: īdies alii & alii ī esse procedunt & affidue fiunt. Forum nempe īitia atq̄ primordia: simplici creatione emersere. Sequentia vero īdīuidua & eiusdem specie singulāria: quotidianis generationibus perficiuntur.

72 Quomodo se habet creatio ad generationem?

Sicut punctū ad līneam, vel instans ad tempus: vel simplex ad compositum. Nā creatio in puncto sit: est enim repentina. Generatio vero sit in līnea: vt pote quę temporā est. Creatio simpliciū est: generatio vero compositoꝝ. Nam creatio perit actum & potentiam seorsum; Generatio vero copula est actus & potentia.

Quot sunt actus dantes & īpartientes esse?

Duo ī deo & duo extra deū. In deo sunt gnatō & spiratio. Nā gnatō, dat esse filio. Spiratio vero spūi scđo. Extra autē deū sunt creatio & generaō. Creatio eñ aut integras species: aut impera-

C ii

Questionum Theologicarum

factarū specierum protulit primordia. Generatio vero sensibiles species sequentibus singularibus absolutū, haud plures sunt actus: qui substantiā largiantur.

74 An sicut tres primi substantiales actū sūt dei: ita & sensibilis generatio que ad deum referri?

Tres primi actus substantiā impariētes dei sunt. Nam gignit deus, spirat deus, creat de⁹. Gignit deus deū: spirat deus deū. Creat deus nō deum: sed diuinū quiddā. At sensibilis generatio inē leganter ad deū referit. Improprie quippe gignit deus hominē: debet autē hēc generatio in omnī specie: ad prima speciei indiuidua & singularia referri: vt hominū generatio ad Adam & Euam.

75 Quatenus sensibiles species: intellecuales celestesq; species imitātur?

Per suos indiuiduos primordia. Nā sicut intellectuales celestesq; species totē simul p̄ducte sūt: ita & sensibiliū specierū prima singularia reperite sunt facta. In celestibus & intelligibilibus: creatio protulit totū, integrū, perfectum. In sensibiliū vero, creatio sola protulit initia. Quapropter celestia & intellectalia, sunt generationis expertia. Hēc tamē generatio in sensibiliū creationi annexa reperitur: id perficiēs, quod creatio liquit imperfectum.

76 An ortus sensibiliū actuū: post primū actum suę speciei: sit generatio vel potius creatio?

Si species naturā p̄ se secundorū actuū, q; post primū suę speciei actū p̄ducuntur: eorū origo haud generatio, sed creatio dicēda. Nā hī neq; a seip̄is neq; a primo suę speciei actu: sed a solo deo producunt. Adam quippe non omnīū aīas hominū produxit: sed solus de⁹ illas procreauit. Ut vero spectatur recta linea secundorū actuū, qua succedunt ab aliquo primo suę speciei actu: illi ab initio & a primo gigni dicuntur.

77 Quid profert alterius id quod aliud gignit: an materiā an formā an neutrū? Id quod aliud sensibiliter gignit: eius nec materiā nec formā producit. Nā omnis materia creata est ab initio, forma vero quotidie a deo p̄cre-

atur. Quod igitur aliquid gignit: simpliciter neu tram eius partem profert, qđ gignit. Est tamē id quod gignit: causa immediata, eius qđ gignit: ut pote p̄ quā & cuius actione: id quod gignit, accipit esse.

Quo pacto differt sensibilis generatio a creatione?

Creatio & natura & tēpore, prior est generatio. Perficit enim generatio, quę creationē inchoantur. Creatio simpliciter est & partū: generatio vero totū & cōpositoꝝ. Nā & actū & potentia, creationē profert: quę generationē copulant. Creatio ex nihilo, educit entia. Generatio vero ex nihilo nihil facit. Creatio dat esse simpliciter: entib⁹ secundum quid: hoc est partib⁹ totoru entiū. Generationē vero dat esse secundū quid: entibus simpliciter: id est totis atq; perfectis.

79 An omni actio q̄ esse largitur: vt generationi in diuinis spiratiōi: creationi: & sensibili generationi: aliquid aduersetur?

Diuinis cōsubstatiālib⁹ actionib⁹ vt generatio & spiratiōi nihil aduersat. Nā hē nequaq; de nihilo, esse impariunt. Porro creationē q̄ ex nihilo fit: aduersat annihilationē. Generationē vero q̄ est ortarū ex nihilo copula partū: corruptio cōtraria reperiit. Nā q̄ gnatō counit: corruptio dissoluit.

80 An cunctorum animalium prima in diuinis & singularia: sint aliunde: q̄ e terra aut aqua procreata?

Mīnime. Nā etiā id expresse a factis eloquii difinitur: q̄ cūctōꝝ aīantiū ortū: ad duo īferiora elementa terrā & aquā referre legunt. Est enim limus terre: terrea qdā & aquea cōmixtio. Duo q̄ppē īferiora elemēta, sicut apta sunt p̄ creationē cūctōrū animantū: ita & aer & ignis apta sunt eorum salutē & cōseruatiōi. Sicut duo elemēta spectant ad aīaliū esse: ita & duo ad eorū bene esse.

Cur in humana specie deus virū priusq; mulierem produxit: & in omni quoq; specie masculum ante fœminam? Sicut auspicat⁹ est de⁹ omni creationem, ab actu ad potentia: vt ab angelo ad materiā: ita & in omni aīaliū specie, primo actu deinde potentia p̄duce voluit. In omni q̄ppe specie animaliū: masculus

Liber. III.

actus est, scemina vero potentia.

82 Cur mulierem haud ex immediato lismo terre: sed e viro produxit.

Vt maxime ostenderet, oia emula esse unitatis: & ab uno tantu primo, sequentia exoritur. Na vni tati obstat: duo esse eque prima. Etem luna lumine quidem cernitur insignis: id tamen lumen, a sole totius lucis fonte capessit. Et filius in diuinis patris quidem equalis est: a patre tam sumit in uitium. Ita & ab uno primo indiu iduo atque singulari: & minime a duobus eque primis voluit de humanam enasci speciem.

83 Cum ex viro sumpta sit mulier cur deinceps ex mulieribus viri nascuntur?

Intellige in ortu humanae speciei per virum & mulierem id contigisse: quod fieri videmus in eruditione animi: qui sectus est in actum & potestiam, hoc est in intellectu & memoriam. Nam ab initio, omnia capessit memoria ab intellectu: estque nihil in memoria: nisi quod fuit, in priore intellectu. Postea vero intellectus omnia resumit a memoria que impregnata ab intellectu: sursum e suis scruinis omnia illi profert. Ad hunc igitur modum: mulier primu, a viro pendit. Postea vero e scruinis humanae potentiae siue mulieris viri renascuntur.

84 Cur ex latere viri & non ex alia eius parte: processit mulier?

Processus mulieris ex viro: quodam motu est a viro in mulierem tamquam ab actu in potentiam, ab intellectu in memoriā. Hic igitur motus: consonus eius est, motui uniusversi. Etem motus uniusversi: nequam inter sursum & deorsum, ut inter polos: neque ab ante, in post: ut ameridie in aglonem sed a dextro in sinistrum, ut ab ortu in occasum procedit. Itaque & hois minoris mundi motus: maioris mundi motui, respondere docet.


85 Ex quo viri latere mulier processit: dextro vel sinistro?

Ex procedente manifestum est quoniam e latere sinistro. Sicut enim occasus, sinistra pars est orientis: & motus ab ortu, in occasum: dicit fieri a dextro coeli, in

Fo. XIX.

sinistrum coeli: ita & mulier, sinistra viri pars est: & e sinistro viri latere perfecta. Na statue mulierem iuxta virum, in sinistra ei sedentem: ita ut mulieris dextra, sinistram comprehendat viri: ex eo viri latere processit mulier, quod illi cernis esse attiguum. Hoc est enim latus sinistrum.

Cum motus fiat a dextro in sinistrum: mulier autem sit sinistrum viri: quo pacto non e dextro latere viri processit mulier? Vir simpliciter, comparatur dextro: mulier autem



sinistro. Mulierem igitur processisse a viro: est sinistrum a dextro originem duxisse. Et quia in utroque est sumere utrumque: in quolibet, quodlibet: talis fit motus, ab utroque unius in utrumque alterius: qualis ab uno unius in unum eiusdem. Sicut igitur in substantia soli viri: latus dextrum, prius est sinistro: & a dextro eiusdem, exoritur sinistrum eiusdem: ita & utramque mulieris pependunt ab utroque viri. Inchoat enim motus a dextro viri, tanquam a primogenita differentia. Proceditque per sinistrum viri in dextrum & sinistrum mulieris.

Quo precepit arguento: mulier e sinistra viri parte perfecta conuincitur. Finge prius mulierem in viro delituisse: & postea ex eius abditis emersisse. Quia mulier est ut sinistra viri pars: utque sinistrum viri latus, adaperiendum fuit: ut se ea parte, e viro foras protrumperet mulier: quae congrua est sua proprietati, hoc est e parte sinistra. Si enim dixeris partem viri dextram egressioni mulieris patuisse: dico hunc motum, motui uniusversi contrarium esse: quippe a sinistro in dextrum.

85 Quid tulit deus e viro pro edificanda

C iii

Questionum

mulieris substantia?

Tulit iuxta eloquiu[m] vna de costis eius: & edifica uit eam in mulierem. Hac autem costam, intellige sumptam atque abstractam a latere viri sinistro: et quo propterca & sumpta & perfecta esse mulier p[ro]n[ominis] 92 ciat. Nam dextru[m] (ut diximus) differetia viri est. Si instrumentum vero differentia & proprietas mulieris.

89 An ad eam costam quam sumpsit de ex viro: addiderit deus aliquid exterius substantiae: ut limus terrae vel alicuius alterius: per edificandum totius mulieris corpore? Costa siue ea pars Ade quā sumpsit deus e sinistro latere ipsius: licet mole & qualitate inferior fuerit totius mulieris corpore: dicimus tunc deum ex ea sola totius mulieris corpus perfectissime: & nihil ad eam adiecisse, aut limus terre aut cuiusvis alterius substantiae. Nam si huic coste, aut limus terra, aut quicunque aliud commiscuisset: haud esset totum corpus Eu[angel]i originem ducens, ab Ade corpore: ut potest aliquid equum & alterius substantiae contraxisset.

90 Cum Eu[angel]i corpus equalis in substantia fuerit corporis Ade: quo pacto id ex sola Ade costa absque exterioris substantiae adiectione perfici potuit?

Qui ex parua admodum limus terrae portione corpus Ade prius compigerat: is ex unica Ade costa Eu[angel]i corpusculum compigere & perficere potuit: absque vlli exterioris ac diuersae substantiae adiectione. Cuius enim benedictio: materiales quinque panes, nulla adiecta materiali substantia: in quinque miliu hominum saturitate, in deserto propagavit: huius quoque immensa virtus exigua virilis corpusculi portione: in muliebre corpore adaugere & edificare potuit.

91 An post detractam a viro costam: corpus viri permanerit imperfectum?

Nequaquam. Nam perfectio corporis unius: haud sicut alterius imperfectio. Perfectus deus ex viro mulierem: virum tamē nequaquam imperfectum aut diminutum liquit. Quod enim sumptum est ex viro: potuit immensa dei omnia propagantis, adaugari & multiplicari virtute: & remansisse in viro & in muliebre corpore miro modo coaluisse atque perfectissime. Quoadmodum & ea quae superficiere fra-

Theologicarum

gmenta, ex quinque panibus in deserto: ipsum primam quinque panum substantiam, longe superasse leguntur. Adde etiam (ut testatur eloquiu[m]) deus repleuisse carnem, per ea costa quam tulit.

Cur Adam dormiente orta est ex eo mulier?

Ob duas causas Adam dormiente, ex ipso processus est mulier. Prima est ut ostenderetur pateretur sinistra lateris proprietas: ex quo mulier erat producenda. Nam qui sopore euictus iacet, ut plus timu[m] dextro lateri incumbit: nudatus sinistrum latus, dextrum cui innititur precludens. Secunda vero ut mulieris origo, non ipsius Ade: sed diuinus actus esse operatio proderetur: ut potest quae nesciēt Adam: a diuino actu perfecta est. Nam si Adam vigilante atque inspectante ea operatio contigisset: potuisset utique ipsi Ade imputari & eius actio nuncupari. Haud enim dicimus Adam genuisse Euam: sed deum illam ex Adam latere eduxisse.

93 Eu[angel]i ex Ade latere origo: cuius est actio? Ade: an dei?

Hec manifesta est, ex secunda causa praecedentis. in qua docuimus Eu[angel]i ex latere Ade originem: potius ad diuinum actum, quam ad Adam esse referendā. Si cut enim Adam eā nequaquam præcongnovit actionem: qua ex limo terrae ipsenam originem duxit: ita & eā minime præuidit, nec est eius author: qua ex ipso, sumpta est ac perfecta mulier. Vt ratiocinatio actio soli diuino actu merito est ascribenda.

94 Cuius speciem & similitudinem: in sua ipsius origine e limo terrae: expressit Adam: agentis vel patientis?

Neque agentis, neque patientis: sed solius finis. Nam agens & patiens extrema quadam sunt totius actionis: ipsam actionem tempore praecedentia. ut qui quemque erudit, quicunque eruditur: ipsam eruditionem aliquo pacto tempore precellunt: quidam quidem doctor, prior est docente: & docendus, eo qui actu docetur. Ita igitur & in origine Ade etiam in terra: Adam nec agens fuit, nec patiens: sed finis utriusque: id est ipsum illatum ex actione. Non dum enim erat Adam, quando fiebat: quare nec agebat quicunque, nec patiebatur.

Liber. III.

Fo. XX.

95 Quomodo se habuit in origine Adæ limus terre ad deum?

Sicut cum dicimus omnia a deo facta esse ex nihilo: id ipsum quod est nihil, ad deum seu diuinum actum, similitudinem quandam exprimit patiens & materiei: ita quoties e limo terra. Adam a deo procreatum fuisse assueramus: tum lucide limus terre ad deum, in origine Adæ se habere: velut materiam ad actum & patiens ad agens edocemus. Nam qui creauit Adam: deus. Ex quo creauit: limus terre. Quis creauit: Adam. Qui creauit: actus est. Ex quo creauit potentia. Quem creauit: finis.

96 Quo pacto in origine Eua: se habet Adam ad deum?

Sicut in origine Adæ, se habet ad deum limus terre: ita & in ortu Euae, ad eundem diuinum actum, se habuit Adæ persona. Quemadmodum enim Adæ creatio, haud est limus terre: sed diuinum actus operatio: ita & Euae origo, nequaquam ipsius Adæ sed diuinum actus actione nuncupanda. Idem enim diuinus actus & in limo terra & in Adam egit: ut ex illo, Adæ: Ex hoc vero Eua prodiret.

97 In quo primum inchoauit humanarum generationum naturalis series?

A deo primū ex limo terra factus est adam. Deinde a deo ex Adæ latere: producta est Eua. Et hec duæ actiones: humanarum actionum seriem, tempore præcellunt & ad diuinum actum referuntur. Prima quippe actione humanæ speciei actum hoc est virum. Secunda vero eiusdem potentiam id est mulierem: ad esse constituit. Tertia autem actione quæ est prima cōgressio actus & potentie viri & mulieris: initium est & prima humanarum generationum, ex qua Cain naturali ordine produisse testamur. Humanarum igitur generationum series: in nativitate Cain est primitus inchoata.

98 Quo pacto se habet adiuicē hec tres actiones: qua Adæ: qua Eua & qua Cain in esse prodierunt?

Prima quæ est Adæ origo simplex creatio nūcupatur. Facta e substantia penitus dissimili, hoc est e limo terra. Secunda vero quæ est ortus Euae: quemadmodum prioris actionis est propagatio: e simili sub-

stantia, consimilem: sed innaturali modo producens atque eliciens. Tertia vero qua Cain ex Adæ & Eua proditur: nec simplex ratio nec innaturalis propagatio, sed naturalis generatio appellatur. Est enim hæc, prima extremitas humanae speciei congressio.

Cur hæc tres actiones: patiente & fine quam actu sunt differentiores?

Quia in prima patiens est limus terre: in secunda patiens Adam, in tertia, patiens mulier. Finis item primæ actionis Adam, secundæ finis Eua. Tertiæ vero finis Cain. Nam finis cuiusvis actionis est id: quod ex ea actione supereft atque profertur. At primæ & secundæ actionis idem est agens scilicet diuinus actus: author utriusque: qui & creauit Adam & produxit Eua. Tertiæ vero actus actionis est Adam: qui ex Eua Cain progeniuit. Nam tertia actio: haud proprie ad diuinum referatur actum.

99 Quo pacto tria prima humana supposita: lucide diuinæ tres personas exprimere videantur?

Nam Adam prima humanæ generis persona, parentæ personæ comparatur. Eua filio, Cain spiritui sancto. Adam homo est, ex hominè nullo. Eua vero, homo ex hominè uno. Cain autem homo ex hominibus. Etenim omnis diuinus interior processus: aut motu unius in unum, aut motu duorum in unum explicatur. Omnis quoque humana progressio, ab Adam prima humanæ generis persona, sumens initium: duplice tantum actione: hoc est productione & generatione inuoluit. Nam productione, Euā ex Adā eduxit. Generatione vero: cuius dicitur hominibus, ex utroque ortu dedit.

Theologicarum questionum

Tertii Libri Finis:

Anno domini,

1512.28,

decembris,

Ciii

Questionum

THEOLOGICARVM QVAESTI-
ORUM Liber quartus. De voluptatis para-
diso, & exilio prothoplastorum.



N nullus sit sub celo humano fœlicitatis locus: quod vocetur paradisus voluptatis ac deliciarum? De paradyso id est loco voluptatis ac deliciarum: inter plerosque varia est alteratio. Nam nonnullis placet, ea que de paradyso a sacris eloquii prædicantur: haud iuxta litteram intelligenda esse, sed duntaxat in spiritualem sensum conuertenda. Hi etem negant sub celo vera citer ac sensibiliter esse: huiusmodi: qua de intendimus: paradysum. Aliu vero secundum litterę prædictiōnē: corporaliter sub celis, esse paradysum volunt. Primum opinionem, nolumus irrationalēm esse: nisi quatenus paradysum sub celo esse inficiatur. Nam quācunq; cœlestis ambitus intra se concludit: signa quādam sunt veriorum entium, quācunq; ambitum celi transcedunt. Secunda vero opinio, nequaq; irrationalibilis est: quācunq; in priore, pluibus de causis rationabilior.

2. Est ne hic voluptatis ac deliciarum locus nostrae habitabili terrae sensibiliter coniunctus continuus & unus?

68 An scientia primorum parentum: sit scientia infusa: vel potius acquisita? Potest & infusa & acquisita vocari. Infusa quidem si ad ligni esum respexeris: cuius virtute omnium scientiarum radix (praeferim suipsorum agnitionis) illis infusa est. Acquisita vero iuxta specialē omnium scientiam: in quam deinceps, ex suipsorum cognitio & primaria sue metis oculorum ad apertione: proficere potuerunt: tanquam infusa unitatis scientia (preter ceterorum hominum consuetudinem) in multitudinem propagantes, distribuentes, diuidentes. Nam prima scientia radix plantata per esum ligni in prothoplastis: omnem denique scientie ramuscum in ceteris tulit.

69 Quopacto differt infusa scientia: ab acquisita?

Differt quemadmodum instantia tempore seu diuina virtus ab humana virtute: aut gratia spiritualis ad hominem eruditione. Nam quod infusio, inspiratio & gratia spiritualis: non modo una hora, sed unico instanti repente largitur: hoc humanus labor ac multiplicita eruditio, vix multo tempore im-

partit. Quid vnicce & collecte, donat spiritualis illuminatio: hoc homo in multitudine confert.

70 An angelorum scientia sit acquisita: vel potius infusa?

Angelorum scientia acquisita non est, quippe illis innata & concreata. Attamen nec proprie debet vocari infusa: quiaq[ue] infusa scientia natura, eo quod repente & collecte illis donata sit: imitari videatur. Nam scientia infusa: est que non alicui, sed naturam adest: sed que dono diuine gratiae (sua creature imperfectione benigne supplementis) alicui post nativitatē petenti a deo & oranti indulget.

Quorum est propria scientia infusa? Eorum duntaxat quorum & acquisita: ut homines, non autem angelorum. Nam infusa scientia, supplementum est humanorum laborum: tempus cōuertens in momentū: & multitudinem cōglobans in unitatem. Sicut enim terra paradisi ad huius mundi terram: ita & infusa scientia ad acquisitam. Huius enim mundi ager: hominem haud aliter, quam in sudore vultus sui alit: que tamen ager paradisi: vltro innocentem aluisset. Ad eum quoque modum homines mens: scientifici sui pastum haud absque labore, ab hoc mundo mundanisque rebus capessit: que si ad deum, sive totius scientie solem conuertetur illumque suppliciter exorabit: mirabitur quoniam modo in suo ipius agello, cunctarum scientiarum germi na vltro pullulascent.


72 Per quam scientiam: homines angelis quam maxime propinquant: suntque diuinorum rerum: illustriore modo participes? Per infusam. Nam haec est eiusdem speciei, cum scientia angelorum. Repente siquidem & collecte donatur. Dicit autem subiecto tantummodo, hoc est diuersitate metis: quas & illustrat & subuehit in deum diuinariisque regi participes reddit. Haud enim infusa scientia: per varia sacrarum regis signa & humanae infirmitati accommodata operimenta, humanam mentem instruit: sed diuinum radiū illi sincere & nude (in arcanis tamen ipsis purificatis metis latebris iuviabilitate obiectu) pādit.

73 Quid propriè & veraciter, est infusa scientia?

Repetita abstergio humanę totius ignorantię: siue humanę mentis (cui innata est omnino nuditas,

Questionum

& ignorantia rerum momentanea & diuinis induita illustratio. Nam cū substantia humanae



mentis, sit ut quedā species & potentia vniuersorum: hec ab initio, similis est oculo: qui vnde cum tenebris obseſſus: ab his, prepeditur omnia quae circum ipsum sunt intueri. Vbi vero diuinis solis estu circumstantiū tenebrae nubes momēto disparuerint: hec mens hicce oculus, repente cūcta se circumstantia speculat⁹ agnosceret. Huiusmodi igitur nubium instantanea disparitio, similis est infuse scientie quā momētaneā natuę ignoran- tie mentis abstersionem appellamus.

74 Quomodo se habet infusa scientia ad acquisitam?

Sicut unitas ad multitudinem: & lux solis ad stel-
lam claritatem. Nā sciētia infusa; vnicā est & col-
lecta. Acquisita vero; multipharia & in plura dia-
uisa. Sol numero vnicus & solus est; eius tamen
lux pene immensa: & mortalis oculi aciem per-
stringit & clarissimā diem gignit. Stelle autē cū
numero infinit⁹ sint: eaq; tamen collucens & in
vnū collecta atq; aggesta claritas impar est dīe.
vt pote quę nocturnis tenebris emergere: & mor-
talē oculū exatiare nequit. Sic & infusa sciētia in
humana mente dīe: id est diuinis rerum liquida
cognitionem profert. Acquisita autem vix in-
natae noctis tenebras: ab ea propulsat. & eam
maxima ex parte ieuniam ac esuriētem linquit,
quippe diuina cognitione (qui supremus est ani-
mī pastus) orbitam.

75 Quod est pr̄cipuum medium: quod homines ad infuse scientie habitum ma-
nuducat?

Sedula & humilis oratio. Nā infusa scientia, do-
nī est diuine gratie quę cū immenso cuiusdam pela-
go, oībus explicito & aperto assimiletur: hanc ex-
hauire & imbibere nequeūt, nisi & hyātes & ge-

Theologicarum

nua flectentes humilcye mentis catini. Per hyā
atum em̄ mētis; intellige orationē diuīnorū mu-
nerum expostulatricē. Per genuflexionē vero, in
tellige humilitatē: quę mētis catinum, mergit in
equor diuīne ambrosię.

76 Cur hī qui cum Gedeone fuerūt: nec lambuerunt aquas sicut canes solēt: sed manu ad os proīciente biberūt: remis-
si sunt in domum suam?

Id p̄tinet adorationē & anagogē p̄cedentis. Nā hī
qui manu ad os p̄ūcīte biberūt: et si sitiebat: et si
orauerūt: hūilitate tamē caruerunt: nec sitientia
ora, p̄cūbētes in terrā: ipsi gurgitib⁹, vt plenius
exatiaren̄ imergerunt. Quapropter semiaridi &
velut ad diuīna bella inermes: in domū suam re-
missi sunt. Cæteri autem qui in terram p̄cūbere
& velut canes, ora ipsa laticibus imergere aquas
ve labere nō erubuerūt: hī orationi: annexā hūili-
tate habuerūt: & abūde diuīnis aq; exatiati: ad
bella p̄fecti victoriā reportarunt. Est em̄ humili-
tas orationi, seu sacrē siti: adiicienda.

77 Quę sunt totius sacre orationis: diuī
norum munorum expostulatricis: fun-
damenta atq; initia?

Ieunium & elemosyna. Nā elemosyna aīarum
maculas resoluit. Ieunū vero flagellatā edomi-
tāq; carnē: spirītu subdit. Nā sicut lemargia spi-
ritū animūq; abyssō carnaliū desideriōq; imergit
hūanasq; partes obturbat atq; cōfundit: ita & ab
stinentia, quoddā est humanaq; partiu naturale
discrimē: quo spūs vt dīs, & caro vt eius ancilla:
in hoīs domicilio, pacifica mansione cōmorant.
Hoc autē humanarū partiu discriminē h̄cve pa-
cifica ambae cohabitatio: totius est sacre oratio-
nis ac diuīne lucis expetendē initium.

78 Quot sunt quę ad humanam scientiā
attineant?

Quattuor, sensus, intelligentia, ratio, fides. Sen-
sum hī vocamus: vt memorie & experimēto co-
incident. Intelligentiā vero clarissimā & immediatā
lucē p̄cipior. Rationē porro dicim⁹ esse notio-
nē cōclusionū: quae p̄incipiis subsunt. Fidē vero
quę authorum aut sanctoī vīroī verbis ac dia-
ctis: credulas aures impedit.

79 An per aliquid horum quattuor: scilicet sensus siue experimenti: intelligentiae: rationis & fidei: humana mens sit a veritate nutabunda?

Nequaquam, nam hi quattuor habitus eque firmi & stabiles sunt: quis non eque lucidi & clarui. Nam experimentum & fides: annexas habet tenebras: quam doquidem ratione & intelligentia careat. Etenim experientia mens atque fidelis: inseparabiliter coheret veritati: nec minus de veritate, cui credidit hec sitat: quae intelligentia & ratione est consecuta. Ignorat tamen causam: cur id ita se habere paret.

80 Quis horum habituum: sit infusus sci- entie similius?

Similius est infusus scientie, intelligentia: id est habitus principiorum. Nam hic apex est & clarissimus, cunctorum humanorum meritis habituum, qui nullo fere preuisu discursum, sed quasi momento: totam mentem (infusae scientie more) illustrat. Nam mens humana, in infinitusque scientiae latissimos campos: per principiorum aditus, fores valvasque irrumpit: quoque intelligentia & nullo pacto ignorabilem lucem, repente hauriens: in cetera deinceps subobscurosa & ignorantia discurrat. Cum igitur in qualibet scientia, nihil sit principiis clarius, nihil magis vnu merito principioque habitus, est infusus scientiae similius.

81 Quis eorum habituum: sit ad infusam scientiam nanciscendam utilius?

Fides. Nam hec autoritatibus sanctorum innites sanctosque pie reuerita (et si quae prænunciantur penitus ignorent) his tamen firmissime & indubie cōsentit. Quapropter haec meritum magnum habere iudicatur: tanquam que de seipso, nihil superbe presumens aut sapiens: & seipsum abiicit: & diuinam claritatem iubar (quoad superne irradier) fixa & immota prestolatur.

82 Quid est fides?

Humilitas & abiectione propter intelligentiam: & eiusdem ipsius in alienam mentis robore, insuperabilis constantia: fixaque & immota perseverantia. Fides hec & cōsentit absque luce. Fides est oculus coniunctus obiecto proprio: absque prævia obiectu specie. Fides est extremorum ynius sine medio

Est habitus, sine habitu, habitus quidem supremæ substantiae: sine habitu rationis & intelligentiae. Robur enim fidei: nec sensus est, nec euīdes signum: nec intelligentia, nec ratio, sed authoritas sola.

An fides sit a longanimitate quam apathiam siue patientiam appellant separata?

Nequaquam. Nam fides carcer est mentis: eam lucem prestolantis, quam credidit nonunquam desuper affuturam. Obsident enim presentes tenebre, mentem fidelem, qua tamen spe invincibili tenbris est eminentior. Adebat igitur fidei virtus longanimitatis: quam apathiam (hoc est passum, inter passiones & perturbationes carentiam) vocant. Haec enim longanimitas, immobilitas quedam est & constantia animi: qua eius oculus nequaquam seipsum a circumstantibus tenebris, ignoranter opprimi & exceccari finit.

Quopacto fidelis oculus dici queat videns & non videns?

Videns spe & expectatio in dubitate lucis. Non videns autem actu & praesentia lucis. Est enim (ut diuus paulus ait) fides sperandarum substantia rerum: argumentum non apparentium. Per substantiam intellige constantiam & immobilitatem fidelis oculi: qui stat firmaque seipsum in petra & rupe sanctorum. Per rerum non apparentium argumentum concipe futuræ lucis ortum: quae ea quae oculus non vidit: fidelis oculo, palam tandem reuelabit. Videt igitur fidelis oculus, & non videt, videt quidem spei certitudine & robore auctoritatis. Non videt autem mysterii denudatione: & arduæ rei enodatione.

In quo: consistit humana ignorantia?

In tribus: dubitatione, opinione, errore. Dubitatio ignorantia est putrum negationis: & haec omnino nudus ac vacuus mentis propria est. Opinio, dubitatione paulo superior: haeret quidem conscientia: sed nutabunda atque infirma: per facile ab eo cui adhesit diuelliatur. Error autem sub lucis & veritatis specie: ex toto firmiterque falsificatus sentit. Mens quippe errabunda, inextricabili fal-

E ii

Questionum

Theologicarum

- 86 stratis laqueo vineta: ab eo explicabilis non est.
Qualiter in humana tam ignorantia: q̄ cognitione & scientia: septenarius reperiatur?
In tribus, secundum doctrinā precedingētis humana consistit ignorantia dubitatione, opinione, errore. Quattuor vero recensūmus quę ad humānam cognitionē attineant: sensum, intelligentiā, rationem & fidem. Dubitatio applicatio mentis est, ad fores veritatis aut falsitatis: priusq̄ intro, i utramuis partem proficisci coepit. Opinione paulo intro profecta mens: pedem interdum aut a veritate aut a falsitate cespītabunda & incerta reuocat. Error in falsitate, mentē figit. Ceteris ve-
to quattuor habitib⁹: mēs in veritate stabilitur. duobus quidem in luce & duob⁹ in tenebris. Nā per intelligentiā & rationem: mens lucē veritatē est assecuta. Per sensum vero & fidē nequaq̄: tamē sumississime consentit.
- 87 An aliquid habeat Christiana religio hesitationis opinionis aut erroris?
Nequaq̄. Nam totius lucis indultrix: procul est a tenebris. Exterminatrix infirmitatis: nihil insirmum, incertum aut dubium: habere potest. Er-
ror i eliminatrix: quo pacto erroneum quicq̄ aut a veritate alienum suggeret! Substantia quippe Christiane religionis Christus est: qui via est & ve-
ritas & vita. Hic em̄ vt via hæsitationē tollit: vt clarissima veritas opinionum nebulas abigit: vt deniq̄ vita, pestiferis erroribus medetur.
- 88 Cuī eorum quartuor habituum: qui ad humanam spectant illustrationē: Christiana religio maxime innititur?
Fidei. Nam propterea & ipsa, a fide insigne sibi nomen vendicat: quoties Christiana fides nun-
cupatur. Etenim q̄ plurimi Christiane nostrae re-
ligionis articuli: ea amplectuntur ac prædicant:
qua & preter naturę seriem & supra eiusdem na-
ture vires, per diuinam absolutam potestatē hu-
manę salutis gratia euenerunt. His igitur, vt co-
sentiat intellectus: nec prouī exquirere sensum
debet, nec intelligentiam, nec rationem: sed na-
turali intelligenti modo abdicato: humiliiter his
consentiat, opus est: quę diuinatus indulta, a san-
- 89 etis viris authoritate & fide dignis prædicantur;
Est enim fides (vt diximus) humilitas & abdi-
catio proprię intelligentiæ.
Qui sunt Christiane religionis articu-
li: qui extra naturę ordinem: aut facti
aut futuri sunt?
Qz tantum unus est deus: q̄ immensus, eternus
trinus, omnium creator: hæc omnia ab aeterno
ita se habuere, nec extra naturę ordinem eue-
nere. Qz autem verbum dei caro factum: q̄ con-
ceptum de spiritu sancto absq̄ viri semine, q̄ na-
tum de immaculata virginē, q̄ passum, q̄ susci-
tatum a mortuis: q̄ in celos materiale corpus
ascenderit: q̄ suscitabit uniuersos, q̄ futurum se-
culum (præsenti per ignem sublato) istaurabit:
hæc omnia præter naturę serie ac vites aut eue-
nerunt, aut ventura sunt. Horum igitur preci-
pue est fides.
- 90 An Christiana religio: sit expers sen-
sus?
Minime. Nam non est expers signorum & mira-
bilium operum: quę & a Christo & ab eius disci-
pulis & discipulorum suorum imitatoribus, san-
ctis vītis in testimonium diuinę Christianorum
virtutis & firmitatem orthodoxe fidei: corā ocu-
lis omnī patrata & perfecta sunt. Curatio om-
nium languorum, suscitatio mortuorum, in tor-
mentis absq̄ lesione permāscio: hæc sensibili ope-
ra ac signa: nimirum ad Christiane religionis sen-
sum & virtutis experimentum spectant.
- Habet ne Christiana religio quicq̄ in-
telligentię: & indubitate cunctisq; per-
uiē lucis?
Habet. Nam vītas dei, immensitas, & aeterni-
tas eiusdem: hec pertinent ad Christianę religi-
onis principia, aut dignitates, aut postulata. His
enī vt per se cognitis, vt summe peruiis, necra-
tione aut demonstratione vlla indigentibus: as-
sentiri vltro debent uniuersi. Qz si hæc non per
se cognita, sed subobscura esse nonnulli volue-
rint: erit saltem esse deum aliquē, habendū loco
principii & summe necessitatis, cunctis peruiis.
Habebit igitur Christiana religio: nonnihil in-
telligentia.



92 An desit in Christiana religione ratio idve quod rationabiliter dinoscí queat? Nequaq. Nam exclusa deorū pluralitate & supposita diuinæ solitudine atq; vnitate: ex natura diuinæ perfectionis (vitandę ociositatę gratia) rationabiliter diuinę trinitatis colligitur myste- rium. Hac enim ratio Aristotelem compulit: vt diceret mundum ab æterno fuisse, quandoquidem aternam diuinæ substantię monadem; ne cessē est: aut ab æterno torpuisse, aut aliquid illi fuisse coeterum: aut eandem trinam esse, & ex consequenti interna actione non carere. Qui autem illius mysticam trinitatem ignorauere: maluerunt illi, aliquid statuere coeterum: qd eandē fuisse ab æterno ociosam, omnī ve actione carrentem.

93 An in necessariis dei predicatis: sit nihil rationis & intelligentiae? Necessaria dei predicata: in superiorib⁹ libris recensuimus. Sunt enim huiusmodi. Essentia diuina, Unitas, Immensitas, Aeternitas, Trinitas, & alia id genus innumera. Dicim⁹ igitur in his aliquid esse intelligentiae & rationis: & alia quidem huiusmodi predicatorum: spectare ad principia, alia vero ad conclusiones, alia vero ad intelligentiam, alia ad rationem. Nam ens, apud intellectum: prius est uno, vnu immenso & eterno, immensum & æternum trino. Trinitas enim: rationabiliter ex prioribus predicatis colligitur. Ratio item bonitatis: prior est ratione communicationis sui. Quia enim aliquid est bonum: est & cōmunicans seipsum. Non desunt igitur in necessariis dei predicatis: ratio & intelligentia.

94 An intelligentia & ratio in contingentiis dei predicatis desint?

In contingentibus dei predicatis: vt incarnatione, passione, resurrectione, & ceteris id generis: nequaq. desunt intelligentia & ratio, id est prius & posterius cognitum: seu quae inferunt & quae inferuntur. Nam conceptio de spiritu sancto: infert natuitatem ex virginē. Ideo enim peperit virgo: quia conceperat de spiritu sancto & non ex viri semine. Hec etiam duo predicata, inferunt

originalis peccati parentiam: quę innocentia appellatur. Ex innocentia porro: arguitur iniusta mors innocentis. Hac vero iusta innocentia salutem infert: per ipsius innocentis praeiam resur rectionem. Et hoc pacto in contingentibus dei predicatis: intelligentiam & rationem, nequaq. deesse comperim⁹. Sed de his, alio in loco latius differemus.

95 Quae sunt contingentia dei predicata?

Contingentia dei predicata vocantur: quae deo nequaq. ab æterno, sed contingenter enunciantur: suę enunciationis causam habentes: diuinam solam voluntatem. vt creator, incarnationis, natus, passus, suscitatus a mortuis: & quę cuncti horum sunt consequentia. Nam sicut necessaria dei predicata, referuntur ad naturam & aeternitatem diuinę substantię: ita & contingentia dei nomina referenda sunt ad diuinam voluntatem. Quippe voluntarie creauit deus mundum: & sponte deinceps humana assumentis substantiam, nostrarum infirmitatum particeps factus est.

96 In quantis predicatis: superat hebraicam sectam: Christiana religio?

Hebrai & esse deum & tantum unum esse & immensum & æternum confitentur: trinum autem esse inficiantur. Nam plurimum deorum cultura peros: vsq; adeo illius unitatem defendunt, vt abnegent trinitatem. E contingentibus autem dei predicatis: nullum, preter creationem admittunt. Incarnationem quippe verbis: natuitatem eius de virginē, passionem & cetera contingentia dei nomina aspernantur. In his itaq; predicatis: Hebraicam sectam, Christiana religio transcendit. scilicet in trinitate & (preter creationem) in cunctis contingentibus nominibus.

97 An Hebrai qui Christum venturum cognouerant: certi fuerūt de eius diuinitate?

Hebrei magis carnenerus qd spiritu Christi novere. Norant quippe illum nasciturum ex semine dauid: & in bethleem ciuitate Dauid. Diuinę

Questionum

Theologicarum

autem incarnationis mysterium: quod usq; mo 100. do perūcāciter inficiātur illos latuit. Quare & diuīnatē Christi id est substātiā verbī igno rauere. Et non modo illos, Christi latuit diuīnitas; sed & tempus natītatis ipsius secundum carnem: quemadmodum ad illos a domino dīctum est: eo q; non cognoueris tempus visitatio nis tuç. Nam qui diuīnē trīnitatis mysteriū igno rabant: & verbī incarnationem scire non potue re. Hac autem de communi Hebreorum plēbe intellige. Nam nonnulli sanctorum patrum & prophetatum: Christi diuīnitatē in spīitu agno uere.

98. Quibus primum diuīnē trīnitatis mysterium innotuit?

Christianis solis. Nam dux & presul Christianorum Christus vna erat diuīnarum personarum. que sub carnis amictu, cum homīnibus conuer sata: primos de trīnitate sermones, aurib⁹ homīnum impressit dicēs. Ego in patre & pater in me est. Ego & pater vnum sum⁹. Anteç Abraham fieret ego sum. Ego rogabo patrem meum: & ali um paracletum dabit vobis. Et hic de meo accīpiēt. Hi primi de trīnitate sermones, mīrātūm discipulorum animos, eo usq; obtudere: quoad postea descendens spīritus in eos: cūcta illis, quæ filius in enīgmate predixerat enodauit.

99. An per mundanam sapientiam: non nulli philosophorum id mysterium deprehendere valuerunt?

Per mundanam sapientiam seu philosophiam cum naturalium tum supernaturalium rerum: nullis mundanorum sapientum, diuīnē trīnitatis arcānum mysterium legitur innotuisse. Est enim id longe sciētia diuīnē vnitatis occultius. Nam esto nonnulli philosophorum, rerum omnium varietatē: ab vnicō primo authore & summo ente peperdissē, cognouerint: vt de Socrate, platone, & Aristotele lectitamus: qui cunctis, rebus eternam aliquam monadem, rationabiliter prefecerunt: attamen summī illius eterniq; entis, internū discīmen ac preclarum numerum: nequaq; agnoscere valuerunt.

Quē mundi religio q; maxime absuit: ab huius agnitione mysterii?

Religio gentilium (si tamē vocari debet religio) quippe prophanus dēmonum cultus. Nam prima & pernecessaria suppositio: que nos ad huiusce mysterii cognitionem, aliquopacto manuducat: cultus est diuīnā vnitatis: qui connectens coniungensq; diuīnam substantiam: illius multiplicationem & diuīsionem inficiatur. Et haud longe absuit: vt sacra quadam contemplatione, arcanum illius numerum elicit. Qui autē diuīnam substantiam multiplicat illamq; diuellit: simul omnia diuīna nomina, sacrasq; illius proprietates extermīnat. Etemā interno diuīne substantię numero: q; maxime obest numerus ei⁹ exterior. Nam quia non sunt multa eterna: sed tantum vnum eternum: ideo illius immensa vni tas trīnitate exultare & sibi ipsi personali numero adesse sapienter existimanda.

Theologicarum questionum
quinti Libri finis. Anno
domini 1512.
quinta la
nua
rū.



Liber.VI.

THEOLOGICARVM QVAESTIONUM. Liber sextus. De veteri testamento ab Abraham ad Christum & hebreorum statu.



Vod fuit vete
ris initium testa
menti?

Abrahæ vocatio: q̄
facta est, circa finem
aureæ ætatis. Nam
natus est Abraham
anno post diluvium,
ducentesimo nona
gesimoquinto: iam
aurea ætate quinq̄ & quadraginta annis, a Nino
& Nymbrotho regibus vitiata. Egressus est aut̄
de terra sua, diuinæ obediens vocationi: anno tre
centesimo septuagesimo post diluvium, cū effet
septuaginta quinq̄ annorum. Hæc est enim vo
cationis ipsius series. Dixit autem dominus ad
Abram. Egressere de terra tua & de cognatione
tua: & de domo patris tui & veni in terram quā
monstrauerō tibi.

Quota generatione ab Adam: natus
est Abraham: veteris testamenti pater?
Prima & vigesima. Nam ab Adam ad Noe: de
cem generationes numerantur. A Noe vero ad
abraham: vndecim: quæ sunt Noe, Sem, Arpha
xat, Sale, Heber, Phalech, Reu, Saruch, Nachor,
Thare, Abram. Quapropter veteris testamenti
series, quæ ab abram ad Christum fluxit: & in ge
nerationibus quadraginta & duabus numera
tur: dupla est ad eas generationes, quæ sunt ab
Adam ad Abram. Nam numerus quadragesi
mus secundus: est ad primū & vigesimū duplus.

Quæ sunt promissiones dei: factæ ad
Abraham: priusq; egredetur de terra
sua?

Hæ sunt: faciamq; te in gentem magnam & be
nedicam tibi: & magnificabo nomen tuū: erisq;
benedictus. Benedicam benedictibus tibi: &
maledicam maledictibus tibi. Hæ sunt primi
tie diuinatum sponsionum ad Abraham. Donū

Fo.XXXVI.

terra optime lac & mel manantis, propagatio se
minis, magnificatio nominis, maledictio & attri
tio inimicorum. Sed residuum sermo præcipuam
& toti humano generi perutilem pollicitationē
complectitur. Subiungitur enim. Atq; in te be
nedicentur omnes cognationes terre: quod chri
sti nativitatem prædictum abatur.

A quo humanæ mentis habitu: vetus
testamentum sumpsit initium?

Non a sensu, nisi forte ob visibilem apparitionē
angelorum: qui interdiu plerunque Abrahæ appa
ruisse & cum eo manducasse leguntur. Non ab
intelligentia: nisi quatenus & esse deum & vni
cum esse & immensum atq; eternum Abraham
prænouerat & ita colebat. Non a ratione. Maxi
mopere igitur coepit afide. Nam scriptum est:
Credidit Abraham deo: & reputatum est ei ad
iusticiam. Fuit itaq; fides plusq; alius omnis hu
manæ mentis habitus; totius veteris testamenti
initium.

Per quid iustificatus est Abraam: vt
dignus fuerit diuinæ accipere repro
missiones?

Per fidem, siue auditum fidei. Inuentus em fide
lis Abraham: dignus fuit qui diuinæ repremis
siones acciperet. Fide enim exinanuit seipsum: &
relinquens cognationem suam. egrediens de ter
ras sua; veniens in terram, sibi antea ignoram. Pere
grinus habitans superfaciē terræ: & per oīa obe
diens deo. sciens quoniam potens erat ea opere
implere: que veridico verbo insinuerat.

An sola fides absq; operibus: fuerit iu
stificatio abrahæ?

Duplex est abrahæ iustificatio. quædā secundum
personā ipsius, ex præiis operib;: per quæ antea
vir iustus & bonus erat placens deo. Alia consi
deratione posteritatis: qua dignus factus est, pa
ter esse multarū gentiū & diuinæ accipere repro
missiones. Et hæc est iustitia fidei ex auditu illa
ta. Nam quia ex præiis operibus, Abraam iust⁹
erat; placuit deo hunc, magis q; quēuis alium, cō
stituere heredem futurarum benedictionum. Et
quia reuelatæ per auditum benedictioi credidit:
ideo demum post opera, iustificatus est ex audiu

E iii

Questionum

tu: inuentusq; dignus qui illas hereditaret.

7 Quopacto fides Abrahæ fuit speran-
darum substantia rerum: argumentum
non præsentium & non apparentium.
Hec est fidei ratio a Diuo Paulo designata. Dici-
mus igitur quoniā Abrahæ, fides, fuit substantia
& argumentum rerū sperandaq; : non præsentium
& nō apparentiū. Substantia quidē: propter ro-
bur certitudinem & immutabilitatem ipsius fi-
dei. Argumētum vero ppter angelicas visiones
& alia pleraq; signa: quē ei diuinitus monstrata
sunt. Non præsentiu vero & non apparentiu: qā
diuinę spōsiōes facte sunt ad eū, non in præsens
sed in futuri tēpus. Dictū est eī ad eū: multipli
cabo semen tuū, dabo semini tuo terrā hanc: be-
nedicentur in te oēs cognatiōes terē, quē om̄ia
futurum tempus claudunt.

Qualiter fides Abrahæ: cœpta sit in
carne: & consummata secundum sp̄itu-
num?

Quia primum opus fidei Abrahæ fuit egredi de
domo patris sui, & de terra sua, & de cognatiōe
sua. Nā priora iustitiae opera, quē fecerat in terra
sua: nequaq; ad veteris testamenti substatiā & ini-
tiū spectant. Prīmū itaq; Abrahæ opus illatū ex
fidei: fuit ppter carnis abdicatio. Pertinet eī ad
carnē: paterna domus, pater, cognatio, & terra
natuitatis. Q; aut̄ perseverauit obediens deo in
terra promissiōis: ad priora opera carnis, in spū
cōsummauit. Cœpit igitur Abrahæ fides a car-
ne: & consummata est in sp̄itu.

9 Quanta est Abrahæ fides?

Quantē ad eū facte sunt diuinę spōsiōes: quas
prius sub quinq; articulis recensuim⁹. scilicet in
dono & acceptione terē optimē: in magnificati-
one noīs ipsius, in propagatione seminis ei⁹, iuxta
numerum stellarum. In maledictiōe & attritiōe
hostiū: sub qua, pax ipsius & seminis eius cōtine-
tur. In benedictione omnium cognitionū terræ
in semine eiusdem: quā Christi natuitatē polli-
cetur. His auditis a deo: credidit Abrahā. Est ergo
tanta eius fides: quanta hēc esse noscuntur.

10 An fides Abrahæ: sit solum tanta: quā
ta est veteris testamenti substantia?

Theologicarum

Nequaq; sed tanta est, quanta substantia vtriusq;
testamenti. Extenditur eī in vetus testamen-
tū: in nouū & in cōciliationē vtriusq;, per quā
fiet vnum ouile & vnum pastor. Nam tūc primū,
id veraciter & manifēte implebit. Benedicetur
in te oēs cognatiōes terē. Sublata quippe om̄ia
um religionum varietate: om̄is orbis ad Chri-
stum ea atate conuertetur.

An consummabitur fides Abrahæ in
præsentī seculo: vel si in futurum seculū
penetrabit?

Cū fides abrahæ, Christi natuitatē cōplectatur:
cōprehēdit & oīa Christi cōsequētia. vt ei⁹ pas-
sionē, resurrectionē, futurū iudicū, & ppterum
eius regnū qđ erit in futuro seculo. Nā vtrūq; se-
culum: est vt vtrūq; testamentū. Si igitur Al-
rahæ fides in vtrūq; extenditur testamentū: hac &
in futurum immortale seculum penetrabit.

Sī verum est ante huius seculi cōsum-
mationem: Christum in vniuerso mun-
do regnaturum: quomodo non in hoc
seculo: fides Abrahæ & diuinę promis-
siones implebuntur?

Esto nonnunq; futurū sit: vt vniuersus mundus
ante huī seculi cōsummationē, ad Christianæ
fidei vnitatē & pacē reducatur: & vt oēs cognatiō-
es terē, benedicant in semine Abrahæ p chri-
sti cultū: qā tamē rursus in fine mūdi soluto sa-
thana e carcere suo inundabit hominū malitia
supremo igne expianda: ideo tēporale erit hoc se-
culum: tempus autē capax nō est imortalitatis.
Quapropter fruct⁹ imortalitatis (in quē fides
Abrahæ credidit) exigit vt cōsummatio per ignē
præsentī seculi futurum instauretur, eorum hu-
manę imortalitati.

Quod est p̄cipuum argumētum fi-
dei Abrahæ: quo rerum nondum appa-
rentium: diuinitus tamē promissarum
certior euasit?

Natuitas filii sui Isaac. Nam et si argumentum
sumere potuit, rex euēturaq; a crebra visiōe an-
gelorū: p̄cipuum tñ illi argumētū fuit & futu-
rorum euīdens auspiciū, Isaac origo: per quam

Liber.VI.

confirmata est ipsius fides. Dicebat enim prius (tametsi crederet) quasi subhesitās. Domine deus quid dabis mihi? Ecce ego vadā absq; liberis: & filius procuratoris domus meę, heres meę erit: iste damascus Elyser. Quę castigans deus adiecit. Nequaq; sed qui egredietur lumbis tuis haeres tuus erit. Natiuitas igit̄ Isaac precipuum extit argumentum: rerum nondū apparentiū nō nunq; tamen futurarum.

14 Cur cum promissus esset Isaac: ante Ismaelem: ante tamen Isaac natus est Ismael?

Isaac filius est promissionis, futurariū benedictionis: pmissus Abraham a deo, priusq; nasceretur Ismael. Nam de Ismaelis natiuitate: nulla diuina spacio precurrerat. Is enim natus est secundum voluntarem carnis, de ancilla. Quia igitur Ismael & Isaac sunt vt caro & spiritus, vt presens seculum & futurum: manifestum est cur Ismaelis natiuitas Isaac natiuitatē præcessit.

15 Quo pacto se habent adinuicem Ismael & Isaac?

Sicut vt dixim⁹ caro & sp̄s: presens seculum & futurū: sicut etiā utraq; testamenta: sicut seruus & liber, sicut tempus & eū, sicut eiendi⁹ de domo patris: & mansurus in domo patris in eternū, vt hereditatē accipiat. Sicut reprobandus & eligendus. Quęadmodum igitur opera huius mundi & carnis: precurrere & reprobari debet, priusq; ipsius spiritus & futuri seculi opera succedat: ita & Ismaelem ante Isaac in mysterio oportuit praenasci.

16 Quot anni intercessere: a substātia & initio fidei Abrahæ: vſq; ad certissimum & precipuum eius argumentum?

Fides (vt diximus) a diuo Paulo, per substātiā & argumentū diffinitur: hoc est per robur & non nullam euidentiam. Porro initii & substantia fidei Abrahæ fuit: quando dictū est ad eundē. Egressus de terra tua. Certissimum autē eius argumentum, fuit (vt docuimus) natiuitas Isaac. Erat autē Abrahā septuaginta quinq; annorum: quādō egressus est de Vr Caldeorum. Cētenarius vero,

Fo.XXXVII.

qui genuit Isaac. Fluxerūt igit̄ ab initio & substantia fidei Abrahæ, vſq; ad precipuum eius argumentum: anni quinq; & viginti: quib⁹ fides eius (et si nonnullis fluctibus agitata) immutari nō potuit, nec vlla incredulitate subuerit.

17 Cur vt plurimū electorum dei matres primis annis steriles fuere: & extra fere spem omnem & naturae scriē: ipsos dei electos peperere?

Idin c̄plurimis mulierib⁹ expetiri licet: vt in Sarra prima, in Rebecca, in Rachele, in Anna matre Samuelis, in Anna Mariæ virginis matre, in Elizabeth Ioannis baptistæ & in aliis multis. Id autē voluntate dei fiebat: vt natī filii, magis essent filii humanarū orationū q̄ carnalū volupratum. Hoc est quos magis parētū humilis oratio, a deo impetrasset, p̄q deo deuouisset: q̄ quos ipa carnis voluptas genuisset: vtve hi filii, q̄ futuri erat electi dei: magis secundū voluntatē dei, q̄ secundū voluntatē carnis, aut parentū, aut luxuriātis naturę nascerent.

18 Cur cētesimo anno vītæ Abrahæ nat⁹ est Isaac?

Abraham centum erat annorum, quando genuit Isaac. Huius autem ratio, spectat ad precedētā teni: q̄ omnes fere dei electi, extra parentū spē & præter naturā (quippe iam sc̄no exhaustā & ad generationem inualiē) seriē natī sunt. His addē: q̄ cētenarius numerus, quater quintū quādratum, hoc est quīntum & vigēsum numerum inuoluit. A natiuitate igitur Abrahæ, vſq; ad initium fidei ipsius: ter quintus quadratus sumendus, hoc est septuaginta quinq; annū. Adhuc vero semel idem quadratus, adiectus vītæ Abrahæ: numero centenario genuit Isaac.

19 Cur Sara nonagesimo suæ vītæ anno peperit Isaac?

Sicut Isaac natus est ea ētate patris, que quater quintum quadratū hoc est quīntum & vigēsum multipli cat: ita & ea ētate matris q̄ sexies quātū trigonū id est quādēnarium numerū comprehendit. Nam quītus &



E.V.

Questionum



Vigesimus (quí quíntus quadrat⁹ est) quaterna-
tio auctus centenáriū
restituit. Quindenarius
vero (is em⁹ quíntus tri-
gonus est) senariū multi-
plícās, nonagenos parit. Hic aut̄ numerus est ma-
ternus: ille vero paternus.

20. Quomodo ex quadrato & altera parte
longiore: Isaac progenitus dicitur?
Isaac progenitus est ex Abrahā cētenario: & Sara
nonagenaria. Centesimus autē numer⁹: decim⁹
quadrat⁹ est: product⁹ ex denario in seipm ducto
Ast nonagesimus numerus: nonus 100
est altera parte longior, ex nouenário
in denariū cōsurgēs. Apud Arithme-
ticos vero q̄drati haud ab re masculi
formales vē: altera aut̄ parte lōgiores
(vt pote quadratos cīrcūstātes) fōc
mínimi & materiales vocant. Merito
iḡt cōgressu quadrat⁹ & altera par-
te longioris: Isaac progenitus dicatur.

21. Quo pacto numeri Abrahē & Saræ:
nunc in septē nūc vero in decē numeros
q̄q̄ dissimiles: reducantur?

Cētenarius numerus per vīgīntiquīngi est vt q̄t-
tuor quadrati. Nonagenarius vero: velut sex tri-
goni, p̄ decimūquīntū partit⁹. Hoc pacto iḡt nu-
meri Abrahē & Saræ: sunt vt decē numeri dissimili-
les, id est vt quattuor quadrati & sex trigōni. Rur-
sum quia nonagenarius, est velut tres altera par-
te longiores (nā duo trigoni æquales: vnū altera
parte longiore efficiunt) hinc ex quattuor quadra-
tis & trībus parte altera longiorib⁹: Isaac nat⁹ est.
Qua 25 25 25 25 15 15 15 15 15 15
re nūc
ex qua-
terna-
tio &
senari-
tio: 25 25 25 25 15 15 15 15 15 15
nūc vero ex q̄ternario & ternario p̄genitus!

22. Qualiter se habet quinariū: in gene-
ratione seu nativitate Isaac?



Theologicarum

Se habet ut denominās oēs numeros: ex quorū cō-
gressiōe & copula genit⁹ est: tā quadratos, tā tri-
gonos, q̄ altera pte longiores. Oēs quippe hi nu-
meri: i sua serie & specie, a quinario denominant.
Sunt em⁹ ordine, quīnti a monade. Quapropter
quinario numero: latens mysteriū non deest.

23. An cīrcūcisio data sit Abrahē, in Iu-
stificationē ip̄ius & filiorum?

Nequaq̄. Nā ante cīrcūcisione, iustificatus erat
Abrahā ex operib⁹: vel ex auditu fidei. Filiorum
quoq̄ iustificatio: mīnime in simplici cīrcūcisio-
ne sita: vt pote q̄ sola: nihil perfectū, aut habet aut
operat: sed magis in fide patrī sui Abrahē in quā
& ip̄i crediderūt aut in opib⁹ sequētis legis. Nō
fuit igit̄ sola cīrcūcisio: aut Abrahē aut filiorū ei⁹
Iustificatio.

24. Sī cīrcūcisio: nec Abrahē nec filiorum
fuit iustificatio: propter quid illa a deo:
præcepta & indulta est?

Vt esset signū pacti & foederis diuini: qđ inierat
deus cū Abrahā & semine ei⁹. Hoc em⁹ sensibili si-
gno posito in carne, voluit de⁹ patrē & cunctos fi-
lios testamēti, abiūgi ac diuīdi a ceteris gentil⁹:
tāq̄ prēstolātes meli⁹ sacramētū, id est baptis̄mū:
in quo plus ex fide, q̄ ex opib⁹ iustificant. Fuit
em⁹ cīrcūcisio: p̄currēs vmbra & figura baptismi.

25. In quo primo: secundum legem: facta
est cīrcūcisio?

In Isaac. Nā p̄cepit de⁹ octauo die cīrcūcidī omne
masculinū. Prīm⁹ aut̄ Isaac octauo cīrcūcisus die
fuit. Abrahā quippe nonaginta & nouem erat an-
norū: quādo cīrcūcidit carnē prēputii sui. Imael
vero tredecim annos impleuerat. Diuīnū igit̄ p̄-
ceptū (quod merito legis obtinet vigorē) vt octa-
uo die, omnis masculus cīrcūcidereb̄: prīm⁹ in
Isaac impleri cœpit.

26. Quid prēsertim mystice: exprimit ip̄a
cīrcūcisio?

Cīrcūcisio est manifesta quēdā carnī afflictio:
q̄ masculis infantibus octauo die, iuxta dei prēce-
ptum inferebat. Haec aut̄ carnī afflictio, ad fullo-
rem vīsp̄ sanguinis pertingens occultius signat
originalē maculā, quā filiorū caro a parētib⁹ con-
traxit. Ideo em⁹ & caro filiorū affligitur: & pars il-

Liber. VI.

Fo. XXXVIII.

Ius aliqua resecatur. Nā peccatum dolor quidā est & afflictio carnis. Tolle enī peccatū tollis natura & omnē carnis dolorē & círcūcīsionis necessitatē. Est igit̄ círcūcīsio: extetum quiddā occultā & inhabitantis peccati signum.

27 An incommōdū sit círcūcīsionē ipsius originalis peccati maculā sustulisse? Nequaq̄. Nam si circuncīsio signū est prēcipiū & efficatoris sacramenti, id est baptīsmi: quod post ea ad eam maculā abolendā: est a deo indultū, ordinatū, institutū: quid incommōdi eandem virtuti: quīs gradu & intensione differentem: inesse signo & principali sacramento? Principe sacra- mentum voco baptīsmū: quod antecedēs círcūcīsionis signū prēsignauit. Expressit em̄ circuncīsio integrim ablutionē originalis peccati per baptīsmū, quā tamē aliquo pacto vt in figura & vmbra; abluere abstergere & emundare sufficiebat.

28 Si círcūcīsio prēsignabat ablutionē originalis maculæ: cur Christ⁹ qui ea caruit labē: círcūcīsus fuit?

Christus nullo pacto erat sub lege: quippe innocentissim⁹. Voluit tamē fieri sub lege. Nō modo enī círcūcīdī voluit: sed & baptīsari, a Ioanne in Iordanē. Nā quī círcūcīsionis signū sua carne prē tulerat: voluit & principaliori subdi sacramento. Et nō modo círcūcīsionis & baptīsmi legē: sed & dirē mortis humilitatē propter nos (cū tamē immortalis esset) subire voluit. Haud enī legis necessitate: sed benigna sola clāmentiā volūtate. Christ⁹ hēc oīa, ppter mortalium genus, dīnosci tur perpeſsus.

29 Quādiu perseuerare debuit círcūcīsio?

Quādiu mors in homībus regnauit: quādiu originalis peccati macula, salubriori medicamine ca- ruit. Nā signū, quod principale aliquod futurum prēsignat: tādiu stare & perseuerare oportet: quoad id principale, quod in signo exprimit, prēsentissimū fiat oculis yōe homīm reuelet. Sicut enī oriēte lu ce, dispereū tenebræ: ita & signa accessu & ortu signatorū sunt resecanda.

30 An in nouum testamētum: penetrare

círcūcīsio debuit?

Minime. Nam in ortu noui testamēti: sublata est mors, per innocentis & immortalis Christi necē. Orta est etiā preclarior medela baptīsmi: q̄ a círcūcīsione prēfigurata, originalis peccati labē efficacius succidit: & haustū a parentibus mortis virus penit⁹ extinxit. Haud igit̄ in noui testamētum, penetrare círcūcīsio debuit: vt pote q̄ superfluit cum baptīsmo.

31 Cum tam in mulierib⁹ q̄ in viris regna uerit originale peccatū: cur in solis viris positum est signū originalis peccati?

Ambo prothoplasti vir & femina: edentes de ligno peccauerunt: eorumq̄ filii, tā mulierib⁹ q̄ viris: adhēsit originalis macula. Attamen onus & signum peccati: soli viri nō mulieres, in sua carne per círcūcīsionem tulere. Nam sub virō comprehenditur mulier: tanq̄ potentia sub actu. Et non modo hoc: sed & ipsa originalis labes, imposta est pro omnib⁹, vñ virō Christo: & in vñ viri morte: a cunctis tam mulierib⁹ q̄ viris mīro modo sublata.

32 Quid est q̄ patrum veteris testamēti nomina scilicet Abram & Sarai prius erāt equalia & ambo pentagrámaton. Nomē Abram, quinq̄ l̄ashabet: Sarai quoq̄ nō mē: haud pluriū est q̄ quinq̄ litterarū. Sūt igit̄ ambo aequalia & pentagrámaton. Id vero p̄tinet ad rationē & dignitatē quinarii nūeri: quo de nō nulla in numeris ānorū vtriusq; cētenario scilicet & nonagenario locutī sum⁹. Nā & p̄missiōes diuinę ad Abrahā factę: quinario explicant. Quinq̄ enī sunt: scilicet doni terrae optimae, magnificatio noīs, propagatio seminis, maledictio hostiū, bñdictio oīm terrae cognationū. Merito igit̄ hic quinarius, q̄ & prim⁹ numer⁹ est: in primorū patrū veteris testamēti noībus, legit̄ exprefsius.

33 Quo pacto totius hominis nomen: sit decagrámaton decēve litterarū?

Tot⁹ homo virū & mulierē cōprehēdit: vñ egdē vt actu, mulierē vero vt potētiā. Nā sicut act⁹ & potētiā vñ aliqd sūt: ita vir & mulier, sūt vñ hō. Quia igit̄ singularū hominis partū nomina,

Questionum

Theologicarum

quinque sunt litterarū: hęc duo simul, totius homi
nīs nomē decagramaton decēve litterarū efficiāt:
ent: duo enī quinariū denariū implēt. Est igit̄ toti
us hominīs nomē: vt litterarū denariū.

- 34 Quid ad hominē ratiōis & proportio
nis denarius habeat?

Denarius aliquo pacto numerus hois est. Nam si
species rationalē aīam: hęc decimo loco inter cœ
lestes ordines (quippe nouenarios) numeratur.
Est enī hęc vt decima intelligētia: quod licet habitet
in carne, fēt tamē suo modo in deū. Rursum hu
manū corpusculū, quattuor cōprehendit elemē
menta: quorū numerus denarius est. Nam ex his
quattuor numeris: vnitate, binario, ternario & quod
ternario denariū conflabīs. Habet igit̄ denariū in
hoīe tā ob illius animū quod ob corpus eiusdē: iustis
simē rationis & pportionis causam.

- 35 Cur deus nomina patrū veteris testa
menti: prius æqualia immutauit: & inæ
qualia fecit?

Id p̄tinet ad ea quod prius diximus de Adam & Eua;
qui cū ante peccatū essent vt aliquo pacto natu
ra æquales: post peccatū ex diuīna maledictione,
inæquales facti sunt. Dictū est enī ad mulierē. Sub
vīri potestate eris & ipse dominabitur tuī quasi dī
cat: tu vīro seruies & famulaberis illi. Ibi enī manū
festa inæqualitas accidit: vbi serui nomen vñi: al
teri vero domini appellatio donaſ. Hęc enim hu
manarū inæqualitas partiuī: quidā est effectus? & ap
paritio peccati.

- 36 An ante veteris testamenti initiuī: pec
catum apparebat peccatum?

Nequaquod. Nā nondū era lex aut circuncisio: quæ
causa pectus sunt introducta. Erat quidē peccatum
ante veteris testamēti initium: sed nō apparebat
peccatum, neque agnoscebat vt pectus. Institutio autē
veteris testamenti: fuit quodā vīta & apparitio pec
cati: vt nō solū existēs sed vīuēs & apparēs pecca
tū: accepta occasione, tolleret ac succideret.

- 37 Ad quid testamentum vetus est a deo
institutum?

Vt peccatum quod erat quidē ante legē, sed nō ap
parebat: peccationē testamēti vt in praecedente

diximus) in filiis testamenti reūuisceret atque ap
pareret: tandem per occasionē suę apparitionis, a
deo tolleretur. Nā occasio vīuentis & summe ap
parentis mali; causa est vt illico malum omne, ta
dicitus succidat atque euellant. Maiorē quippe pre
bet indignationē mali apparitio & extollentia: quod
simplex ipsius substātia. Quod em̄ est & non ap
paret: inter ea quę nō sunt, iudicatur.

- 38 Quæ sunt apparitiones peccati: in ve
teri testamento?

Circuncisio, immutatio nomīni Abrace & Sarā
indulta lex per Mosem. Nec demum Christi in le
ge prefigurata. Haec omnes sunt apparitiones pec
cati: in filiis testamenti. Cōsummata vero supre
magis eius apparitio: fuit mors Christi: inchoata
a circūcisione: quod prima, vt manifestaret peccatum:
sanguinē fundere cœpit.

- 39 Cur addidit deus vīrī nomīni litterā
vnam a nomīne vero muliebri vnam de
traxit?

Dixit deus ad Abram. Nec vltra vocabil nomen
tuum Abram: sed Abraam. Sarai quoque vxorem
tuam, nō vocabil Sarai: sed Saram: quod in recto
& nominatio casu expressum vt Sara: quattuor
tantū litteras habet. Nomē aut̄ Abraam, litteras
habet sex. Ablatū est igit̄ a muliere, & datū vīro:
quia primitus a muliere in vīrum, processit pec
catum.

- 40 Cur mulieris nomē tetragramaton re
linquens: vīri nomē hexagramaton insi
tituit?

Vtraque nomina Abram & Sarai, erant æqualia:
nam quinque litterarum. Voluntate autem dei vī
ri nomē hexagrammaton eiusus: mulieris autem
nomen quattuor litterarum relictum. Nēpe quia
a muliere in vīrum processit peccatum: statuit
deus vt ob apparentiam peccati solueretur equa
litas eorum. Et vt mulier quippe vīro subiecta mī
nus haberet: vīr vero tanque mulieris dominus:
aut abundantem, aut perfectam mensuram
consequeretur. Nam sicut quaternarius, di
minutus numerus est: ita & senarius perfectus.



Liber.VI.

Et si obiecerit quis: cur cū peccatum ortū sit in primis parentibus: dilata est eius apparitio usq; ad Abrahā & Sarā! Dicendū aliud esse tēpus substantiae p̄t: aliud apparitionis eiusdē. Quod em̄ ortū est fere ab initio mūdi: in primis parētib⁹ voluntate dei per ipsam nōm immutationē appare re coepit in patribus veteris testamenti.


41 An totius hominī nomen sit immutatum: hoc est aut diminutius: aut abundātius factum?

Minime.

Nam toti⁹ hominī nō men, est vt denarius: quippe de cagrimma tō. Siue au tem denari um, aqua partione in geminos quinarfos: siue inēq;li diuisione, in senariū & quaternariū secueris: hic nec maior nec minor fit: sed utrobiq; manet idē denarius. Etenim hēc duo nōia Abram & Sarai. Et rursum hēc duo Abraam & Sara: duo & duo simul sumpta, denatio nec maiora nec minora sunt.

42 Quod sacrum nomē in his duobus nominibus Abram & Sarai litteraliter geritur expressum?

MARIA: sacru deiparē atq; intemeratē virginis nomen. Nam explicato per litteras, utrōq; nomē ne Abram & Sarai: deme a nomē vīti retrogrāde, tres postremas lītas M, A, R, A noīe vero mulieris, eodem modo supremas duas I & A sume. Et ex his quinq; litteris, confablis nomē Maria pentagramaton: plus a virili nomē ne q̄ a muliebri subducēs. Et q̄q forte id in hebreis nomīnibus ita non habeat: aut ex vi & natura ipsorum nomīnum non eliciat: superuacaneū ta



Fo.XXXIX.

men non sit, id quod in latinis litteris accidit, in laudem virginis expressisse.

43 Quid præsignauit id quod voluntate dei: iussus est Isaac offerri ī holocaustū: et tamen reuocatus a deo ne immolare tur?

Id & passionē Christi & resurrectionē eiusdē præsignauit. Passionē quidē: q̄ humana voluntas, dū uine obediēs vocī: illum offerebat in holocaustū. Resurrectionem vero p̄ id, q̄ diuinā voluntate reuocata est humana hostia: id est Isaac: ab imminē teiam morte ad vitā. Nā Christus ab hominib⁹ interemptus: suscitatus est a deo & ab eo reuocatus ad vitam.

44 Cur Esau & Iacob: in materno vtero adinuicem collidebātur?

Id prefigurabat acre duellū sp̄iritū & carnis: & vias aduersum seiuicē cōcupiscentias. Id em̄ ean dem habet intelligētiā: quā collectationes Ismaelis & Isaac: quorū hic secundū sp̄iritū, de libera: ille vero secundū carnē, de ancilla natī sunt. Esau autē & Iacob: ambo quidē de libera matre Rebeca natī sunt. Hic tamē nihilominus sp̄iritum, ille vero carnē expressit.

45 Cur Esau & Iacob: simul concepti fuerē: & mox alterū post alterū natī?

Q̄ Esau & Iacob simul cōcepti fuerint: id exprimit diuinā mentē, simul vtraq; testamēta & sēcula concepīsſe & ab aeterno pr̄evidisse, nō tamē simul vtraq; peperisse: sed mox alterū post alterū. Nā sicut mulier simul duos aut plures filios concipere potest: nō tamen duos aut plures parere similita & diuina mens, utrumq; sēculum praesens & fututum una concepit. Ast alterum ante alterū parturūt. Hoc enim sēculum est vt Esau: futurum vero vt Iacob.

46 Cur man⁹ nascentis Iacob: tenebat calcaneum Esau?

Id expressit continuitatē utriusq; testamēti & sēculi: quam in præcedente recensuimus. Hoc est q̄ pr̄etito et cōsummato hoc sēculū nouum illō exoriretur. Q̄ enim non grande interuallum, sed pene nihil temporis naientes

Questionum

& pdeentes in lucē fratres diuisit: id líquido pādit, q̄ cito præsentī sæculo, futurū successurū sit Id etiā referre potes ad sanctorū vitā: qui in hoc sèculo & adhuc in carne viuētes: postpositis carnalibus desideriis: futuri sèculi vitā & immortallitatē prequistarunt: quasi in p̄fens sèculū: futuri p̄mītias introducentes. Hoc em̄ man⁹ Jacob signabat: p̄nascens cum Esau.

- 47 Cur p̄mogenitus Esau reprobatur est a deo: Jacob vero vltimo genitus a deo electus?

Spiritus dei vbi vult spirat: & ppit⁹ est huic deus, in quo sibi complacuit. Nam & vocatiōes & electiones dei: causam aliā nō habet, q̄ diuinam voluntatē, cui magis placet gratia, q̄ humana opera & sacrificiū. Dicere igit̄ possumus Jacob in intentione & mente diuina p̄mogenitū fuisse: qui tamē in ipa carnalis natuūtatis exequitione vltimo genitus apparuit. Hos em̄ deus plētung⁹ in hoc mundo humiliare solet: quos dilexeat. Et rursum quęcunq; intentione & fine sunt p̄ima: hęc in ipa opis exequitione cernuntur postrema.

- 48 Cur deus magis hominū vltimo genita q̄ p̄mogenita dilexit?

Hęc fere eadē est: sed vniuersalior precedente. Dixit em̄ deus magis Isaac q̄ Ismaelē. Elegit Jacob Esau reprobauit & iuxta eloquium odio habuit. Phates elect⁹, reprobatus Zaram. Elect⁹ Ephraim reprobatus Manasse. Dauid inter octo fratres minimum electus est: ceteri reprobati. Et ita in pluribus experiri facile est: deum magis hominū vltimogenita, q̄ p̄mogenita dilexit: vt iterū magis Moysēm q̄ Aaron dilexit. Id autē manifestat alios esse secundū voluntatē dei: alios secundū hominū voluntatē. Quia em̄ p̄mogenita sua diligere hoies solent: eorū vltimogenita diligit deus qui iuxta eloquium, abiecta & nouissima mundū diligit: & nouissimos p̄mos facit.

- 49 Quo iure dici potest Jacob p̄mogenitus: Esau vero vltimo genitus?

Iure duplici. Nā in intentione & mente diuina Jacob p̄mogenitus erat: licet natuūtatis exequitione, vltimus in lucē prodierit. Quēadmodū & aī intentione, perfectione & fine: prior est corpo-

Theologicarum

re: cum tamē corpus fiat prius vsq; ad aliquid: q̄ aīa procreetur in illo. Sic igit̄ & Jacob, prior est vt aīa: Esau vero prior vt corpus. Est autē & alio iterū iure Jacob p̄mogenit⁹: vt pote q̄ em̄ p̄mogenita fratris sui. Enēi ppter vñā escā vendens Esau p̄mogenita sua: merito vt pphanus reprobus est.

- 50 Quid habet ratiois: amborum fratrū naturalis differentia: per quā Esau tot⁹ in morem pellis hispidus: Jacob vero leuis fuisse pronunciatur?

Hęc amborum fratrū naturalis & manifesta oculis differentia: est vt fortitudo mūdi huius & iudicium dei. Nam villoſitas & crassa pilorum abundatia: signū est corpore fortitudinis & roboris carnis. Leuitas vero delicatiō corporis naturā: & elegantiorē ac suauiore sp̄ritū ostendit. Placet autē deo magis carnis infirmitas in sp̄ū suauis & miti confidens in deo: q̄ corporis robur innitens sibiipſi. Per Esau igit̄ intellige hoies huius mūdi: sperantes in fortitudine corporis, de quib⁹ scriptum est. Non in tibiis viri, beneplacitum erit ei. Per Jacob vero, intellige electos dei: qui corpore leues, infirmi, graciles: nequaq; ab hominib⁹, aut a seipſis: sed a deo auxiliū omne & salutem oppertiuntur.

- 51 Quid ē q̄ Esau rufus: Jacob vero cādus erat?

Cutis amborum fratrum: exprimit dispositionem animorum vtriusq;. Quę rufa erat & subobscuro colore naturaliter infēcta: ostendit intus latētem animū, haud vsq; adeo serenum enubemq; fuisse: sed natura nubilum, minusue aptū: in quo diuinus vultus agnosceretur. Quę autem erat candida & nullum a natura preferens colorem: indica uit eum quem intro gerebat sp̄ritum clarum purumq; esse: ac natura aptum: in quo tanq; tabula rasa & expolita, deus sua inscriberet mandata. Nam sicut charta, colore aliquo infecta inscripti bilis non est: ita & insincerus & impolit⁹ animus aptus non est: vt diuinę lucis speculum fiat.

- 52 Quid rursum q̄ Esau venator erat & agricola: Jacob vero vir simplex: habi-



tans in tabernaculis?

Id attinet ad priores differentias. Ad vitam item actiuam & contemplatiuam. Nam venatio & agricultura: manifeste ad vitam spectant corpoream, quam actiuam vocamus. Alunt enim corpus Simplicitas autem corporis & immota in tabernaculis mansio: animi tranquillitatem, contemplatiue vitae quietudinem altaque & profunda eius silentia: rationabiliter pandunt. Etenim sicut actiuam vita; animum per corporis valvas in mundum a deo auocare solet: ita & contemplativa eundem in corporis scrinio: velut obturatis sensuum valuis, immobilem figit.

53 Quid insuper est quod Esau a patre: a matre vero Jacob diligebatur?

Hec item dilectionis amborum fratrum, unus a parte alterius vero a matre differentia: actiuam contemplatiuamque vitam insinuat. Nam & si vir muliere praestantior: actiuam tamem vita per virum, contemplativa vero per mulieris proprietate, quoquo pacto intelligitur. Est quippe viri officium, extera quaedam negotiatio: similis pratico & actiuo intellectui. Mulieris autem proprium est, ad instar memoriae: ut intime immota se deat. Dilectio igit Esau a pte actiuam vitam: Dilectio vero Jacob a matre contemplatiuam refert.

54 An Isaac benedicet Jacob: sub specie & intentione Esau: vere & perfecte benedixerit eidem?

Divina voluntati: iuxta eloquium: obfistere potest nemo. Oret enim Isaac loquebatur de benedicet Jacob: quem probauimus iure duplici potuisse vocari primogenitum: scilicet iure diuinae intentio nis & iure emptionis primogenitorum. Obtexerat deus caligine, oculos Isaac: induerat per matrem Rebeccam, Jacob vestimentis Esau: ne agnosceret Isaac eum cui benedicebat. Operatus est enim Isaac, in benedictione Jacob: velut diuinus spiritus (cui resistere non poterat) organum atque instrumentum: porro instrumentum sicut conscientiam non est operationis, quod mediante eo perficitur: ita & Isaac nondum conscientius erat diuinae voluntatis, a qua tamagebat & cui signatus parebat.

55 Quo pacto excusari potest Jacob de mendacio in susceptione fraternali bene-

dictionis?

Videtur Jacob metitus fuisse, cum dixit patri. Ego sum primogenitus tuus Esau. Potest tamem in quinque accidentibus excusari & absoluiri a mendacio. Primo ut diximus quia iure & ordine diuinae intentionis, primogenitus erat. Secundo quia etiam primogenitus, iure emptionis primo genitorum fratri sui. Tertio quia id faciebat & voluntate dei & voluntate matris: quod ipsum ad id (ut a deo forte monebat) instigavit. Quarto quia mater Rebecca: eius aut mendaciū aut fraudem aut maledictionē (si presertim pater illi maledixisset) se suscepturā illi predixerat, dicens. In me sit ista maledictio filii mihi. Quinto quia pater Isaac: vocem eius cui benedixit Jacob, agnouit dices. Vox qui dem vox Jacob est: manus autem manus sunt Esau. Hec forte quina accidentia: a mendacio Jacob absoluere sufficiunt.

56 Quo indicio colligitur benedictio Isaac: quod sub specie Esau obteta: perfecta tamem & integra fuisse atque in alterū trasferri non potuisse?

Indicio sequentis confirmationis. Dixit enim postea Isaac ad Esau, ex agro cum venatione ut iussus fuerat redeuntem. Quis est ille, qui dum allata venatio ne obtulit mihi: & comedi ex ea, benedixi quod illi & erit benedictus. Hec enim est confirmatio benedictionis Isaac, quod ab eodem sub specie Esau obtentus: manifeste indicat eandem benedictionem & perfectam & integrā fuisse: nec aut debuisse aut potuisse, in primogenitum Esau transferri.

57 Si benedictio Jacob perfecta & integra fuit: cur denudo Isaac: bñdixit Esau? Benedictio Esau, quam cíulatu magno fies, a pte Isaac petravit: nullo pacto attinet ad hereditatem, futuram dei recompensationis: nec quicquam adimit a benedictione Jacob. Nam Isaac ex instituto paternae benedictionis: factus est dominus fratris sui Esau. Quapropter & huic postea benedicens Isaac dixit: in gloriam viues & fratribus tuo seruies: quae nullatenus benedictioni Jacob aduersantur.

58 Cur in benedictione Esau adiectum est: tempusque veniet: cum excutias iugum eius a te?

Id referri potest, ad tempus futuræ plenitudinis in quoq;

Questionum

Christum, omnes a iugo seruitutis liberatur. Nā Esau propter Jacob, annumeratus est inter gētes quae vñq ad Christum, extra testamentum manē tes: dāmonibus seruerunt. Has autem a demōnum seruitute liberatas, in testamētum filiorum Christus introduxit: & hāreditatis eorū consolates effecit. Per Esau igitur libertatē: intellige genitium salutem: quae p̄t̄ naturam suam, insitae sunt oīuē naturalium filiorum.

- 59 Cur Isaac & Jacob: obedientes præceptis patrum suorum: vxores de filiabus Chanaam: ducere noluerunt?

Isaac obediens præcepto patris sui Abraæ, duxit vxorem rebeccam filiā Bathuelis. Jacob vero, duxit Lyam & Rachel filias Laban: quae non erāt de filiabus Chanaam: sed de cognatiōe Abraæ, adducte ex Caldea. Nam haud ab re filii benedictionis: filias maledictionis ducere noluerunt. Filias maledictionis, voco filias Chanaam: quartū pater Cham patris suī iīris form maledictus erat ab initio. Quapropter filii eius: voluntate dei, ab Hebreis exterminati sunt: & terra eorum, data his in possessionem.

- 60 Cur vetus testamentū singulariter in tribus patriarchis stetit Abraam: Isaac & Jacob: priusq̄ díduceretur in trib⁹ duo decim⁹?

Hæc singularitas trīum patriarcharū veteris testamenti: quae ipsius in duodecim tribus, dispersionem præcessit: figura quædam est diuinę substantiæ: quæ ab æterno singulariter in tribus personis subsistens: postea omnīum creaturarū multitudinem, aliquo pacto sub ratione duodenarii comprehendēsam progeniuit. Nempe duodenarius ut & magi & philosophi volūt: numerus ē orbitū & spherarum. Sphera vero, figura est & dei & vniuersi. Nam vniuersum, imago dei.

- 61 Quæ est differentia horum trīū patriarcharum: secundum terram promissiōnis quā incoluerunt?

Abraham alienigena fuit a terra promissionis: perigrinatusq; in eam, in eadē mortu⁹ est. Erat enim origine Caldeus: natus in Vr Caldeorū. Isaac vero: in terra Chanaam & natus & mortuus est, Ia-

Theologicarum

cob autem in ea quidē natus est: in ea tamē mortuus non est. Nā in Aegypto, extrema nature p̄soluit. Omnes vero hi patriarchæ: in terra Chanaam sepulti fuere. Sunt igitur hi tres patriarchæ secūdum terram Chanaam: veluti hāc tria finis sine principio: principium cū fine, principium si ne fine; quæ diuinarum personarum aliquo pacto proprietates imitantur. Nā pater, est vt finis sine principio: id est habens post se, non ante se personam. Filius vero vt principium cū fine: id est habens & ante & post se personam. Sp̄ritus vero vt principium sine fine: id est habēs ante se & nō habens post se, personam.

- 62 Quot annis habitauit Abrahā: in terra Chanaam?

Tot annis, quot annorum erat quādo genuit Isaac. Erat enī centenarius: qñ genuit Isaac. Cētum vero annis habitauit in terra Chanaam. Vixit enī centum, septuaginta quīng annis. Erat autē septuaginta quīng annorum: quando egressus est de Vr Caldeorum. Quāobrem omnes anni vitæ Abrahæ: septies quīntū quadratum, hoc est quintum & vigesimū numerum cōplectunt. Habitauit enī in terra sua, ter quīnto quadrato. In terra vero Chanaam: eodē quadrato quater sumpto.

- 63 Cur post tres singulares patriarchas in duodecim tribus: diuisus est populus testamenti dei?

Huius rationem pauxillum in sexagesima huīus tetigimus: dicētes duodenarii, a magis & Astrologis, vocari numerum mundi atq; vniuersi. Nā figura vniuersi, sphaera: cuius numerus duodenarius. Cōtigit enī nō a plurib⁹, q; a duodecim spheras: eandem spheram circunuallari atq; concludi. Filii autem testamēti: heredes sunt sensibilis mūdi. Haud ab re igitur testamēti populus, tanq; heres vniuersi: in duodecim tribus post triū patriarcharum singularitatem, diuisus ē. Statuit enim altissim⁹ terminos gentiū: iuxta numerum filiorū israel.

- 64 Quæ sūt in sacrīs eloquīs: passim sub duodenarii numeri mylīca ratione cōprehensa?


Recenset liber Esdræ duodecim gentes natas ab



Liber. VI.

Adam. Duodecim item partibus, diuisum seculum. Etenim duodenarius & locorum & tempus mundi numerus est. Duodecim duces genuit Ismael: filius Abraham. Duodecim patriarchas Jacob progenuit. Duodecim lapides: statuerunt sacerdotes in alveo Jordanis, cum transirent Jordanem. Statuit item deus numerū filiorū Israel iuxta numerū filiorū dei. Duodecim prophetē ante Christū apparuerūt. Duodecim apostolos Christus elegit: ut id ē esset numerus noui testamenti, qui erat & veteris. Hęc & alia plurima, duodenarii Anagogē: magnopere illustrant.

65 Quomodo pingendus sit status: vete



66 Quid nos edoceat peregrinatio Jacob in Aegyptum: & post quattuor secula: filiorum eius in terrā patrum suorum reductio?

Peregrinationem humani generis: & exiliū eius a paradyso, in hāc terram seruitutis quę vallis miseria & vmbra mortis appellatur. Rursumq; humani generis instauratam a deo fœlicitatē: quæ hominē in eum vnde exciderat locum, post quatuor secula: hoc est post consummata quattuor singentia & maxima mundi regna euexit. Quatuor enim secula quadringenti anni sunt: quib⁹ filii israel in Aegypto seruierunt.

67 Quid per terram Chanaam: intelligendum?

Per terrā Chanaam: intellige paradisum aut cœ-

Fo. XLI.

rīs testamenti?

Statue tres singulares primos ve patriarchas Abraham, Isaac, Jacob: in recta linea a summo in simū. Ceteros vero patriarchas, filios Jacob, duodecim tribuum duces: subscribe in recta linea, a dextro in sinistrum hoc pacto. Habuit em̄ Jacob filios duodecim: ex Lya vxore sex: Ruben, Symeon, Leui, Iudam, Ysachar, Zabulon. Ex Rachel uxore duos: Ioseph, & Beniamin. Ex Bala ancilla Rachel, duos: Dan, & Neptalin. Ex Zelpha Lyę ancilla duos: Gad, & Aser. His filii Jacob ex vxoribus & ancillis.

lum, id est regionē hereditatis filiorū testamenti, natura sublimē, sitam in montib⁹, lācte & melle manantem: templum dei viui & veri habentem in quo cū hoīb⁹ inhabitans deus: veram illis pacem, quietē & immortalitatē largitur. Nā terra Chanaam montosa est: & longe Aegypto sublimior: expectans iuxta eloquium, de coelo pluviā nō vt Aegyptus fluuii & terrestrium aquarum inundatione irrigua.

68 Quid Aegyptus mystice designet?

Terram huius mundi, siue sensibilem mundum Est em̄ Aegypt⁹ declivis & hūlis terra: luto & paludib⁹ abundās, pluviā celestibus ve aquis orbata: terrestriū aquaq; alluvione fecunda. Terra seruitutis idolog, carnaliū desideriorū, regio tenebrarū, peregrinatio diuinę obliuionis, patria

F

Questionum

terreni regis: impie & crudeliter dominantis: Hęc etim omnia per Aegyptum: comparatione terrę Chanaam, designantur.

- 69 Cur quadringentis annis: steterunt filii israel in Aegypto: seruiētes regib⁹ Aegyptiorum?

Mora filiorū israel in Aegypto: mora est humani generis, in huius mundi exilio. Quapropter quatuor secula id est quadringenti anni, quibus habitauerūt filii Israēl in Aegypto, seruientes Aegyptiis: sunt quattuor maxima huius mundi regna: Babylonicum, Persicum, Macedonicum, Romanum, que sūm hominum, non dei voluntatem, in hoc mundo surrexerunt: & humanū genus dura seruitute oppresserunt. De his autem regnūs: quintus liber abunde locutus est.

- 70 Cur post quadringentos annos visita tisunt a deo: & reuocati in terram patrum suorum?

Visitatio eorum post quadringentos annos: & tam liberatio a seruitute Pharaonis, q̄ reductio eorum in terram patrum suoꝝ prefigurabat oratum & aduentum regni dei, post exacta quattuor regna huius mundi. Nam consummato Romanorum imperio, quod usq; adhuc i parte manet: oriatur in terris quedam regni dei species: p̄ quam: renouato ex diuina visitatione mundo: totus orbis ad Christum conuertetur. Et qui abiecius est israel, sūe olius iterum inferetur.

- 71 Cur Moses saluator populi quadraginta annis vixit in Aegypto: quadraginta annis in deserto Madian: & quadraginta annis in deserto Arabiae sub monte Syna?

Moses saluator populi: ter quadragenis annis vixit. Statuit em̄ deus postq; penituit eum q; hominem fecisset: humanę vitę terminum centum & viginti annorum, dixit em̄. Non permanebit spiritus meus in homine in eternum: eruntq; dies illius centum & viginti annos. Haę vero tres annorum quadragenę Mosis vt missiones: ita & officia dispartiuntur. Nam quadraginta annis in Aegypto terreni regis alumnus, dux fuit militię Pharaonis. In deserto Madian: quadraginta

Theologicarum

annis pastor ouium. In deserto Synai: quadraginta annis, pastor populi dei: & legislator eiusdem.

- 72 Quot plagas induxit deus: p Mosem super Aegyptum?

Decē, prima aqua fluminis versa est in sanguinē: & pisces eius mortui sunt. Secunda, Ebulientes rane, operuerunt terram Aegypti. Tertia, Omnis terra puluis versus est in cinis per totam terrā Aegypti. Quarta, Musca grauissima inundauit super Aegyptum: & corrupta est terra a muscis. Quinta, Mortua sunt omnia animalia Aegyptiorum. Sexta, Sparserunt Moses & Aaron cinerem de camino: & facta sunt vlcera vescicarii turgentii in hoīb⁹ & iumentis. Septia, Facta sunt inaudita tonitrua & grādo mirę magnitudinis: & discurretia fulgura & pluia & ignis mixta simul: & percussa sunt ab his aialia Aegyptiorum. Octava, Factus est ventus vrens: & ascendentis locustae, super omnē terrā Aegypti, cuncta virentia in herbis & fructibus vastauerunt. Nona, Te nebre tam densę factę sunt: ut palpabiles essent. Decima, Percussit deus oē primogenitū aegypti: a primogenito Pharaonis usq; ad primogenitū captiuę quae erat in carcere. Consummatis vero his decē plagiis: egressus ex Aegypto Populus in desertum ascendit: mare transiit: quem insecuri Aegyptii marinis aquis obruti & suffocati, cum suo rege vndecima plaga interierunt.

- 73 Cur egressurī filii Israēl ex Aegypto petebant ire viam triūm dierum in solitudinem vt sacrificarent deo suo?

Perviā triūm dierū in solitudinē intellige triduum Christi mortem: ē āve distantiā: quem priorem Christi vitam, a posteriore eius vita & resurrectiōe direnit. Est em̄ Aegyptus vt terra desideriorum & concupiscētię carnis quas edomari atq; interire, via triūm dierū in solitudine prioporebat: q̄ populus ipse grata deo suo sacrificia (ab omni contaminatione Aegypti & graue sarcina vitię repurgat) exhiberet. Ita & Christus triduana morte priusq; in sancta sancto re surgens introiit: omnē carnis cōcupiscentiā in sua carne edomuit: & sustulit oīm iniquitatem.

- 74 Cur mare transferunt in quo Aegy-



Liber.VI.

ptii eos persequentes: mortui sunt?
Transitus maris, carnalium & macularum & desideriorum integrissimam ablutionem signat: que est imprimis his necessaria: qui deo seipso dicauere: nec spiritu dei exasperates: ad diuinam coniunctionem, sint minus idonei. Mors vero Aegyptiorum in mari: depositio est contractaque in Aegypto sordium. Est & abstersio totius priscae servitutis: excusio sarcine vitiorum: ac totius hostilitatis interitus. Scriptum est enim. Deponet omnes iniquitates nostras: & proficiet in profundum maris omnia peccata nostra. Erant enim Aegyptii, onus peccati: quod ablatum est ab humeris filiorum & suffocatum in mari.

75 Cur precedebat deus populū in colūna nubis & ignis?

In his columnis relucet quedam oppositio, luce & tenebrarum. Dies enim luce: nox vero te nebris explicatur. Apparuit autem deus populo suo per lucem, in tenebris: hoc est per diem in nube. Et per tenebras in luce: id est per noctem, in igne. Est enim lucidus ignis. Nam quia simile in simili nequaquam discernitur, sed contrarium in contrario: ideo deus per die in nube, per noctem vero in igne, a populo palam: ut itineris dux: spectari voluit.

76 Qualiter per has colūnas: vtriusque testamenti substantia figuratur?

Reuelatio dei, per colūnam nubis interdiu: yet⁹ expressit testamentū. Eius vero apparitio in nocte per columnā signis: nouū presignauit. Nam filii Israel & gentes: adiūcēm se habent, ut lux & tenebrae Israel emī lux: gentes vero tenebrae. Id autem deus est, author vtriusque testamēti: qui luci, id est Israeli apparuit pri⁹ in nube, Te




Vet⁹ testamētū

Nouum,

Fo.XLII.

nebris vero id est genetibus postea in igne illuxit.
77 Cum figura pyramidis: sit columnā & stabiliōr & prestantior: cur potius deus in colūna: q̄ in pyramide apparuit? Esto sit pyramis & stabiliōr & prestantior columnā, quia tamen in templis & quibusvis edificiis: columnā, ipsa summa fastigia, simis connectit fundamētis: ideo volens de in utroque testamento adimpleri suam ipsius cū humana natura unionem & copulam: hanc merito cœlestium & terrenarum, altarum & humilium, diuinarum & humanarum congressiōnem retum: habitans aparentes in columnā, potiusq̄ in pyramide premonstrauit. Nam colūna aequalitas quedam est & indeficiens stat⁹ ascensionū ac descensionum.



78 Cur populus dei quadraginta annis stetit in solitudine?

Mansio populi in solitudine, est ut mansio Christi in inferno. Tot enim horis anima Christi apud inferos mansit: quot annis populus, moratus est in deserto. Sicut autem mansio Christi in inferno, inter uallum est utriusque Christi vita (prioris quidem, qua apparuit in similitudine peccati, omne peccatum sublaturus). Posterioris vero qua resurgens a morte, victor ab inferis rediit. Ita & mansio populi in deserto: mortificatio est carnalium populi desideriorum: abluens maculas Aegypti: & sanctificans populu, in introitum & possessionē terre diuinitus promisit.

79 Cur murmurans populus contra Moysen & Aarō in Aegyptū reuertī voluit? Id presignauit eos: qui non visequaque carnalium exortes desideriorū: in hyāt quidē regno cœlorū, a concupiscentiis tamen nondū plane emortuit: retro aspicere stimulantur. Est enim Aegyptus hic mundus: Terra vero Chanaam cœlestis hereditas. Nam quādū rationalis aia in hoc mundo degit carni alligata: fieri nequit ut perpetuo successu in alta & anterīora contendens: carnis stimulos, eandem in huius Aegypti paludem reuocantes non experiatur. Vivit enim carnis concupiscentia,

Fū

Questionum

Theologicarum

q̄ diu & caro vniuit: nec prius interit, q̄ illa in-
tereat.

80 Cur filii Israel qui ascēderunt ex Aegypto: in deserto mortui sunt?

Quia cōcupiscentia cōtracta ab Aegypto, ascēdit cum populo in desertum: hanc ideo oportuit cum populo mori & interire in deserto. Nā concupiscens caro aduersum sp̄ritū & retro aspiciēs apta nō est vt introeat in regnum cōlorum. Hēc autem populi mors in deserto: signat animā, carnali amictā velamine, haud posse cōstellib⁹ ci- uibus annumerari. sed oportere vt prius mortalē amictum cum vniuersis desideriis: in huīus mū- di solitudine deponat.

81 Cur alio duce vt Mōse: egressi sunt ex Aegypto: & alio vt Iosue: igressi ter- ram fœlicitatis?

Hī duo populi duces, vnuis egressionis ex Aegypto vt Mōse: Alius vero īgressionis in terram fœlicitatis, vt Iosue: aperte nobis insinuant vtri- usq; testamenti veteris & noui duces. Nam et si idem deus est, vtriusq; author testamenti: tamen deus nudus & nondū humana carne vestitus, veteris est institutor testamenti: sīl's īermi Mo- 85 si, populo legem ferēti. Deus vero humana ami- citus carne: noui testamenti, est institutor: similiis armato Iosue: nō legem ferenti, sed hostes ceden- ti & populum in requiem introducenti.

82 Quo pacto p̄ Mōsem leḡillatorē: de⁹ vt nudus & nondū īcarnatus: per Iosue vero īcarnatus deus: siue Christi per- sona designetur?

Hēc p̄tinet, ad maiore p̄cedētis elucidationē. Nā nudus & īermis Moses, populi in deserto le- gillator: deū nudū ante humānū substātię assūmptionē, vt veteris testamenti authorē nobis ostendit. Armat⁹ vero Iosue ē vt dīmūtis sub hūana latēs carne, vt verbū caro factū, vt Christi persona, dux noui testamenti. Vetus cīm testamentū institu- 86 tio legis est. Nouū vero: ei⁹ aut īpletio, aut abrogatio. Vetus in labore, nouū in requie. Vetus in deserto, nouū in terra fœlicitatis.

83 Qualiter p̄ desertū & solitudinē sit ve- teris testamenti, pprietas colligenda?

Desertū arens & īhabitabilis terra nūl p̄ferēs, vnde hoies alere sufficiat. Per desertū igif & soli tudinē: cōgrue veteris testamenti pprietas elicīt. Nā mēs hūana, deū nondū ī hūanitate circūda- tum: reperit vt desertū, vt arentē, vt īhabitabi- lem, vt coelū claudentē, vt īmplacatū, vt nondū veritatis sp̄m hoībus largientē, vt vītē fructum denegantē. Per Christū vero exortē sunt aquē in deserto, cōeli apti sunt, placatus est deus, verita- tis sp̄ritū & vītē fructum hominib⁹ donauit.

84 Quotuplex est ætas & status populi totius veteris testamenti?

Quadruplex. Primus ab Abraā, vsc⁹ īgressum Iacob in Aegyptum: qui stat⁹ patrū in terra ſc̄e licitatis peregrinatū appellat. Secūdus ab īgres- su Aegypti, vsc⁹ ad īgressum eiusdem: quē est ser- uit⁹ & captiuitas populi ī ira aliena. Tertiū est mora populi in deserto: quā acceptiōē legis po- puli ve ſacrā eruditioē & īſtructioē appellare licet. Quartus est mansio populi in terra ſua: per ſeuērā vsc⁹ ad Christum aut ad uſq; Neronis īmpēriū. Et hēc vltima populi etas: fructus & opera legis nūcupatur.

Quē est purgatiō populi dei: quē illu- minatiō: & quē eiusdem pfectio?

Omnis (vt dixim⁹ in p̄cedēte) stat⁹ populi sub veteri testamentō: aut est patrū in terra ſua pere- grinatio, aut seruit⁹ filiorū ī terra aliena, aut mo- ra eorū ī deserto, aut eorūdē ī terra ſua ſeu pa- trū ſuorū māfio. Ex his igitur purgationē populi dicimus esse: egressum eorū ex Aegypto, & tran- fitū p̄ mare rubrū: ī quo, p̄ Aegyptios, ſuffocata ſunt atq; ſubmersa eorū petā. Erat em⁹ Aegyptii on⁹ peccati. Illustratio vero eorūdē, est acceptio legis. Porro pfectio ipsorū (quā tamē non cognouerūt neq; ad eā ſubiecti ſūrū) est natuūtas Chri- ſti, consummatio legis & finis eorū testamenti.

Cur Iacob ī ſeptuaginta quīnq; ani- mabus descendit in Aegyptum? In tot aīab⁹ descēdit Iacob in Aegyptū: in quo- vītē ſuēānis descēdit Abraā ex Caldeā ī irā Cha- naā. Erat em⁹ Abraā ſeptuaginta quīnq; annorū, q̄n̄ egressus deira & de cognatiōe ſuavenit pegrin⁹ ī eā irā, quā mōstrauit illi de⁹. In tot igit aīab⁹:

Liber. VI.

descedit Jacob in Aegyptū ut peregrinaref ibi. Nam numerus septuaginta quinq: ter (ut crebro diximus) quintum quadratū, hoc est vigesimum quintum inuoluit.

87 Cur prima dei pmissio facta ad abraham: impleta est in Aegypto? Prima diuinaria pollicitationū facta ad Abraā est hēc: Faciam te in gente magnā. Siue qđ idem sonat. Multiplicabo semen tuū sicut stellas coeli. Hēc autem impleta est in Aegypto: in qua paruo tempore, Hebrei immensum coaluerent: & ad numerū fere stellarū coeli, existimati sunt. Quia enim generatio: inter naturales motus abiectissimus est: hēc vero sensim in altū, superioribus montibus proficit: ideo in humillima mundi terra, id est in paludibus Aegypti, prima dei promissio (spectans ad generationē populi) voluntate dei impleta est: vt sensim ab Aegypto ascendens populus in terram suam: velut etate pficiens, reliquas pmissiones adipisceretur.

88 Cur suprema diuinorum promissio num non est impleta in Aegypto? Suprema diuinaria pmissionū est hēc. Atq: in te benedicē oēs cognationes terre, per quā intellige Christi natuūtatem: & futurū eius regnum. Hēc autē nequaq: adimpta est in Aegypto, neq: in terra aliena: sed in iudea per natuūtatem Christi. Nam rationabile est vt ea diuina pmissio: quem minime ad generationē aut ortū populi, sed ad eius immortalitatem & pfectionē spectat: impleta sit in terra altitudinis & pfectiōis, post ascēsiū ppli ex Aegypto: post acceptiōē legis & post opa legis eiusdē. Nā purgatio & illuminatio populi: ipsam pfectionē merito procedere debuerūt.

89 Cur nō in eadē regiōe & terra: factae sunt populi purgatio: illuminatio & pfectio?

Quia hē tres actiones: sunt velut gradu & ordine differētes. His enī tribus sensim humanē mētes, in deum nituntur. Quapropter eadem actiones: non eadem in regiōe super populum cœlitus incubuere. Nā purgatus est populus in Aegypto. Illuminatus in deserto, perfect⁹ vero aut perficiendus in terra sua. Principiū quippe mo-

Fo. XLIII.

tus populi & subiectiōis ipsius in deum fuit ei⁹ ab Aegypto digressio. Medium: mansio in deserto, finis vero status in terra sua.
Purgatio. Illuminatio. Perfectio.



Ascensus & subiectio populi in deum.

Quo pacto se habēt ad inūicem iuxta populum dei hē terre tres: Aegyptus: Arabiæ desertum: Iudea?

Se habent ad inūicem sicut purgatio populi, illuminatio & perfectio eiusdē. Voca enī Aegyptū: mundi vallem: Arabiæ desertum terrā planam: medianam inter vallem & montem: Iudeā vero vt montē & apicem mundi. Dic insuper Aegyptū, vallē esse purgationis & ablutionis fōrdiū. Arabiām vero quā pertransiit populus: illuminatiōis planicie, Iudeām autē perfectiōis summitatem: In qua ab Aegypto subiect⁹ homo, tandem insit⁹ & coniunctus deo, deus euasit. Humana quippe perfectio, natuūtas est Christi: quā in deum hominem subuexit cūq: illi coniunxit.

Quotuplici Iure: Populus manens in Aegypto: terram Chanaam vt peculia rem & suā appellauit: & in eam demū repe dauerit?

Quadruplici: primo dono dei. Nam deus cuius est terra & plenitudo eius: eā Abraham & semini eius antea donarat. Secūdo possessione patrum suorum Abraam, Isaac, & Iacob. Nempe hi tres habitauerunt in ea: & partim eā possederant. Et sepius totam lustrarant. Quapropter & illā Hebrei, terram patrum suorum vt a patribus possē fam appellarunt. Tertio maledictione seminis Chanaam. Fuerat enim Cham pater Chanaam, maledictus ab initio. Quarto propter iniquitas & abominationes habitatorum eius: de qui-

F iii

Questionum

Būs dictum est Abraç. Nōdum em̄ cōpletē sunt
iniquitates Ammoreoꝝ; vſq; in illud tēpus.

92 Sub quot rectorum modis: variatus
est status populī dei?

Sub quattuor. Nam pīmo sub patrib⁹ fuit: sub
Abraā Isaac & Iacob. Deinde sub iudicib⁹ vt sub
Mose, Iosue, Aioth, Jepthe & sequētibus vſq; ad
Saulē regē. Tertio cōpīt sub regibus esse: quoꝝ
(post reprobatū & amotū Saulē) prim⁹ Dauid
electus secundū cor dei. Quarto regū dñatōnē,
post trāsmigrationē Babylonis: in pīcipatū sa
cerdotū cōmutauit. Postremo tñ vſq; ad Chri
stū iteꝝ reges habuerūt. Ois itaq; varietas popu
li ex parte rectorꝝ ipsius: aut fuit patriū, aut iudi
cum, aut regum, aut sacerdotum régimen.

93 De quo intelligēda sit prophetia Ba
laam: ppter Agag tolletur rex eius?

De Saule pīmo Hebreoꝝ rege. Fuit em̄ Agag
rex Amalech: cui cum voluntate dei bellum in
tulisset Saul: eūq; cepisset: illi tamen pplo obedī
ens pepercit. Quāobrem irat⁹ de⁹, a quo iuslūs
fuerat disperdere oīa que erat Amalechitarum:
illum abiecit & semen eius regno exheredauit.
Hancigitur Saulis regis propter Agag calamī
tatem: quīgentis fere annis, priusq; eueniret:
Balaam yates p̄euiderat ac p̄enūciārat.

94 Quid per Saulem & Dauid pīmos
populi reges intelligendum?

Saul & Dauid: sunt vt Iſmael & Iſaac, vt Eſau &
Iacob, vt caro & ſpūs, vt humana voluntas & di
uina voluntas. Nam ſicut Iſmael perecutus eſt
Iſaac, Eſau, Iacob, Saul, Dauid: ita & caro aduer
ſatur ſpīritui: & humana voluntas diuīne vt plu
rimum voluntati cōtradicit: & filii huius mundi,
eos persequuntur qui ſunt filii pacis & futuri hē
redes qui. Expressit igitur deus in initio regni po
puli ſui: in pīmis p̄ximis ve regibus, mortis & vi
te, carnis & ſpūs, mundi hui⁹ & futuri ſeculi certa
mē: ſeu quoddā antichristi & Christi p̄elibamē.

95 Cum Saul voluntate dei & electus
fuerit & aſſumptus in regnum: cur per
Saulem huius mundi regnū: & huma
na voluntas: diuīne inobedientis volun
tati figurantur?

Theologicarum

Deus creauit & carnē & ſpīritū: & tamē ſolus
ſpīritus, p̄edictatur eſſe ſecundum deū. Carove
ro (vt ſimpliciter dicta id eſt vt nondū regenera
ta) & ſpīritui & deo aduersari iudicatur. Sic igit
& diuīna voluntate: tā Saul q̄ Dauid, electi ſunt
& aſſumpti in regnum. Per Saulem tamen, hu
mana voluntas inobedientis diuīne: per Dauid ve
ro humānē voluntatis obediētia veraq; humili
tas figuratur. Audiuit em̄ Saul magis voce po
puli ſui (qui eſt vt carnis cōcupiſcentia) q̄ voce
dei. Humana vero voluntas alligata cōcupiſce
tia: diuīne voluntati contradicit.

96 Qualiter per Saulem & caſus demo
num & lapsus prothoplaſtorū: per Da
uid vero bonorum angelorū confirma
tio & hominū ſalus edoceantur?

Dēmones voluntate dei creati ſunt: voluntate
autem p̄pria exciderunt. Prothoplaſtos vero di
uina quoq; voluntas in paradiſo manere iuſſit:
quos humana voluntas ſubiecta p̄tō, in exiliū
egit. At poſt dēmonū ruinā: illico ſuperiſtites ana
geli, in bono conſirmati ſunt: vt poſtea nunq; ex
cidere potuerint. Similiter & miſeritus poſtea hu
mani generis deus: conſtituit ad Abraam pactū
teſtamēti. Hēc vero per Saulem & dāuid inſinua
ntur. Nā Saulis regnū: eſt vt temporaria p̄batio
humānē voluntatis, per quaī inuenta eſt non eſſe
fideliſ & ſtabiliſ in bono, inobedientis deo. Dauid au
tem regnū, humānē voluntatis a deo conſirma
tō & in deo ſtabilitatē expreſſit. Etenim tam an
gelice q̄ humānē voluntates: prius p̄batæ ſunt,
an ſtabiles an inſtabiles eſſent. Vbi vero non
nullarum inſtabilitas innotuit: mox diuīna miſe
ratione, que ſuperfuere: ſtabiles & incouetiſbi
les factæ ſunt.

97 Quid eſt myſtice Saulis regnum?
Regnū huius mundi habens in initio ſpeciē qui
dem bonū: mox tamen in malū degenerans, defi
ciens a deo, mutās fidem. Regnū Saulis a diuīna
cōpīt voluntate: in humānā tamē degenerauit.
Scriptū eſt em̄ de Saule: quoniā non erat vir me
lior illo, in omni populo. Hanc tamē ei⁹ infirmā
& inſtabilem bonitatē: illico regnī ſpecies & ho
norū fastus euerit. Eſt igitur regnū Saulis, vt



Liber. VI.

tempus probationis humanę voluntatis; quę in uenta est infidelis. Sicut em Saul abiectus a deo & pręter diuinā voluntatem perseuerans in regno: tādem sibi ipsi manus consciuit seq̄ ipsum interemit. Ita & caro regnans in hoc mundo, pręter voluntatem dei semetipsam expugnat fitq; sibi ipsi exitiosa.

98 Quid item est in mysterio: Dauid regnum?

Dauid regnum: est vt diximus honorū angelorum confirmationē: post démonū ruinam. Est regnū qđ & voluntate dei ortum est: & eadē volūtate perseuerabit in eū. Est quod inchoatū a bono, nūq; in malum degenerat. Est humana voluntas abūciens semetipsam: & quę per abiectionem suip̄sus, iam nō humana, sed diuina reputatur. Nam superbiens extollensq; se humana voluntas, humana est: humilians autē seip̄sam, diuina fit. Hūmana quippe voluntas (vt in superiorē libro mōstrauimus) altitudine sui, a deo separatur: quae depressione sui, deo copulatur. Nam & Ascendens descendit, & descendens, ascendit.

99 Cur electus est Saul statura maior oī populo: Dauid vero paruulus & decolorus aspectu?

Hec amborum differentia iterū figura quædam est vtriusq; testamenti & seculi. Nam qui maior est oībus maior fieri nequit, minor autē fieri potest. Qui vero paruulus est: hic sensim augetur & in dies maior fit. Est igitur Saul vt rex, decrescens quotidianē. Dauid vero, vt qui quotidianē maior fiebat & cōualeſcebat, sicut scriptum est de vtroq;. Dauid proficiens: & semper seipso robustior. Domus autē Saul, decrescens quotidianē. Hac itaq; lucida vestigia sunt, vtriusq; testamenti & seculi. Saul enim figura gigātum: Dauid paruulorū. Saul vt Adam: Dauid vt Christus. Adam quippe decrescere potuit: crescere non potuit. Nam creat⁹ est vir. Christus vero nouus homo, parulus natus est: proficiens quotidie etate, sapientia & gratia.

100 Quo pacto accipienda sit veritas hūiū eloquii. Non auferetur sceptrum de

Fo. XLIII.

Iuda: quoadusq; veniat qui mittendus est: & ipse erit expectatio gentium? Ablatum est sceptrum a tribu Iuda, in transmigratione Babylonis. Nam post transmigrationē Babylonis: multo tempore príncipes sacerdotū, populo p̄fuerere. Erant em Asmonei mathathie filii, e genere sacerdotali: quorū p̄imus Aristobolus, post transmigrationem dyadema sumpto: regem se appellari imperauit. Postea vero capto a Parthis Hyrcano, regnum ad herodem antipatū filium (qui alienus erat ab Hebreorū tribubus) peruenit. Quapropter longe antea, q̄ Christus nasceretur: ablatum erat sceptrum a tribu Iuda: quandoquidem qui nato Christo regnabat: nō erat de tribu Israelitarum. Hoc modo igitur dicimus accipiendam esse, huius eloquii vertitatem. Nam idem dicere est. Non auferetur sceptrum de tribu Iuda, ac si diceretur. Tribus Iuda non carebit rege nec eū cietur de terra sua: quoad usq; veniat, qui mittendus est. Haud enim trib⁹ Iuda referenda est ad prosapiam regnatis: sed ad populum cui imperabatur. Sola quippe trib⁹ Iuda e duodecim tribubus reducta fuerat e transmigratione Babylonis: ex qua & Christus natus est. Prédixit ergo eloquiuū, non eorū regem semp futurum de tribu Iuda: vsq; ad Christi nativitatem: sed tribum Iuda, rege & sceptro non prius spoliādam: quoad venisset qui mittendus est,

Theologicarum questionum sexti
Libri Finis Anno domini
1512. Januarii
die vnde
cima.
F iiiii



Questionum

THEOLOGICARVM QVAESTIONUM. Liber septimus. De verbi incarnatione, Christi in terris cōuersatione & vtriusq[ue] testamenti concordia.



Vot sunt viri in signes & clari: a creatione mundi usq[ue] ad Christum: sub quibus innovatio aliqua contingit aut in mundo aut in populo dei?

Septem. Adam, Noe, Abraham, Moses, Aaron, Dauid, Christus. Sub his quippe viris contingit hec mundi aut populi dei nouitates: creatio, diluvium, testamentum, lex, sacerdotium, regnum, regeneratione. Creatio introducta est per Adam. Diluvium, sub Noe factum. Testamentum, ad Abrahā. Lex, per Mosem. Sacerdotium, per Aarō. Regnum in Dauid. Nam reprobatus est Saul. Regeneratio orta per Christum. Hi sunt septem viri cunctis nouitate aliqua, q[uod] sub ipsis coepit insigniores.

Quae sunt macerie & attigui limites vtriusq[ue] testamenti: finis quidem veteris & noui initium?

Ioannes baptista & Christus. Nam hic nouum aperuit: ille vetus clausit. Hic initium & author noui testamenti: ille finis vetusti. Tantum est chaos vtriusq[ue] testamenti: quanta distantia Ioannis & Christi, Ioannes vox erat clamantis in deserto. Christus vero vox clamantis in templo. Ioannes illuminatio populi: Christus vero perfectio eiusdem. Ioannes aurora precurrentis: Christus sol oriens. Ioannes ut purgans per aquam: Christus ut igne & spiritu sanctificans. Et qui amborum plures proprietates elicere voluerit: sciat easdem esse ipsorum quae vtriusq[ue] testamenti.

Quomodo se habent adinuicem conceptiones & nativitates amborum? Se habent nativitates inter se & conceptiones in-

Theologicarum

ter se: distantia sex mensium. Nam precursor Iohannes senis mensibus ante Christum & conceptus & natus est. Quapropter in his, aliquid scitu et contemplatione dignum occurrit: q[uod] ambo concepciones & nativitates, septimo die a fine suorum mensium inchoando numerantur. Vnde sit vroctauus & conceptionis & nativitatum vtriusq[ue]: sint primi dies mensium sequentium.

Qualiter ab origine conceptiones & nativitates: quattuor anni tempora dispartiantur? Quia ambo concepciones vtraque equinoctia eorum vero nativitates vtraque solstitia contigerunt. Coepit fuit Christus in vere: Martii mēsis quinta & vigesima. Iohannes autem coepit in autumno Septembribus quarta & vigesima. Porro Iohannes natus est pene in estiuo solsticio: Iunii vigesima quarta Christus vero circa hyem: ale solsticio: Decembribus vigesima quinta. Ambo igitur conceptiones & nativitates, rite quattuor anni tempora dispartiuntur: Ver, a statim, autūnū, & hyemem.

Quotuplicia sunt opera Christi: quae operat est in terris cum hominibus conuertat. Septuplicia. Tria ad seipsum, Quattuor ad alios. Nam nonnulla secundum seipsum, operatur est Christus ut homo: nonnulla ut deus: Nonnulla ut virtusq[ue] naturae: ceperat est ut deus homo. Cum enim de illo dicitur: IESVS ait fatigatus ex itinere, sed sit supra sompnum Iacob: sitiensq[ue] dixit ad mulierem samaritanam da mihi bibere: hoc opus est ipse ad seipsum velut hoīs. Cum vero quodraginta diebus & noctibus ieunauit nec edens nec bibens: hoc opus ipius ad seipsum velut dei. Cum demum super aquas abulauit: hec enim ad seipsum operatio vtraque ipius natura indicauit, diuinam quodcumque super aquas: huiusnam, quod abulauit. Perro ad alios, ei operat: rationes sunt quadrigemine. Aut enim ammirabilis doctrina cunctos refouebat. Aut spiritus immundos eius ciebat. Aut verbo languores morbosq[ue] curabat. Aut multiplicat sacram benedictione panibus & piscibus in deserto, vel aqua in vinum commutata: deficiens satiabat. Quapropter operatur est ad alios duo secundum animam: & duo secundum corpus. Secundum animam docens & eiiciens spiritus immundos: Secundum corpus vero pascentes & curantes morbos. Sunt igitur eius opera septuplicia,

Liber. VII.

• Cur dixit Ioannes de Christo: illū oportet crescere: de seipso vero: me autē minui?

Id plerīq; dictum esse volūt, propter vtraq; solstitia. Nam circa estiuū solsticiū natus est Ioannes: a quo ad hyemale vsq; solsticiū, dies minuuntur. Christus autē natus est in hyemali pene solsticio: a quo ad solsticiū estiuū, dies augescunt noctes minuunt. Ioannis quoq; conceptio, inclinante sole: Christi vero conceptio, sole ascidente facta. Alii crassiore quodā modo, id ad amborum passionē referunt: q; Ioannes predicebat se obtruncatione capitīs: corpore minuendū. Christū vero p. crucē & sublimandū & corpore toto distendēdū. Alii vero id dictū asserūt, propter vtraq; testamēta: q; Ioannes quidē vet⁹ clausit. Christus autem nouū reserauit. Sunt & qui aliter sentiāt. Ioannē quidē qui existimabat Christus a populo & non erat: debuisse minuī in existimatiōe populi. Christū vero qui vocabat seductor & non erat: debuisse crescere & vt verum saluatorē agnoscī.

7 An Christ⁹ venerit: vt solueret legē? Nequaq; sed vt adimpleret. Non em⁹ (vt de s. ipo testatus est) venī soluere legē sed adimplere. Nā cū secūdum vtrāq; suī naturā, non esfer sub lege voluit tamē sub lege fieri: vt illā adimpleret. Qz si venisset soluere lcgē: nequaq; sub lege fieri voluisset: q; tamē & circuncidi voluit & offerti in templo tanq; cōis homo. Soluere quippe legē est subuertere legem: seu nolle fieri sub legē aut legi aduersari.

8 Quo pacto se habet prophetarū multitudo ad Christum?

Sicut varietas diuinū eloquii, ad diuinū vnitatem verbī sicut accidentia multa, ad vñā substātiā: sicut multi præcurrentes serui, ad vnius domini aduentū, sicut stellarū multitudo lucēs in nocte, ad vñicū solem: qui solus & illuminat diē & stellarū omniū obtundit splēdorē. Sicut deniq; nulli diuinorū sermonū & eloquiorum fonticuli: ad vñicū & immēsum diuinā sciētā pelagus, quod omnes aridos & fitientes refouit.

9 Cum vniuersi prophetē ante Christū premissi sint: cur solus Ioannes baptista

Fo. XLV.

præcursor domini appellatur?

Quia Ioannis vestigia, mox dominus secutus est. Fuit enim Ioannes immediatus domini præcursor: qui eū videre meruit & digito indicauit. Ante enī illum missus erat: vt prepararet viā eius famiam aduenientis. Ceteri autē prophetē, emīnus ante illum missi sunt: & eum dumtaxat spiritali oculo, non autē carnali & corporeo viderunt. Hī quippe sunt vt præuiē stellae: quæ media nocte apparuerunt. Ioannes autem vt verus lucifer: paulo ante solem exoriēs & imminere iam solem prænuncians.

10 Cur multo ante Christi natūritatē prophetē mitti desierant?

Vt populus quā multo tempore prophetas nō viderat: Christi nouitate admiratus, magis illi consentiret: vt post longa dei silentia: se demū per Christum (inuisitorum verborū & operum ei⁹ efficacia) a deo visitari intelligeret. Nam sicut ante ortum solis, priusq; etiam lucifer appareat: solent ab aurora diei, obtundi & occumbere stellae: ita & multo ante aduentum Christi & ante apparitionem præcursoris Ioannis (vt a transmigratione Babylonis) desierant pphrē ad israelē mītri.

11 Quæ differentia sit inter diuinum eloquium & substantiale verbum?

Non unq; diuinum eloquium & verbum, vt ea dem sumuntur: lata tamen est differentia ambo rum. Nam diuinum eloquium, accidens est. Diuinum autem verbum, substantia: quippe secunda dei persona. Hoc enī verbum postea caro factum est: inferens sibi nostram humanitatem. Premisit autē deus, ac pluit in teatis: per pphrētēs feros suos, sacrosanctū eloquium: prius q; substantialis sui verbī vnitatem sub nomine filii, in carne apparere iuberet: fuit enī præcurrentis eloquium, in ore prophetarum: futuri explicatio & prænuntiatio verbi.

12 Cur oportuit Christū nasci: & quis fūnis: natūritatis ipsius?

Propter salutē humani generis: & cōciliationem oīs creaturā, cū suo opifice, Humanī quippe generis salus & cōciliatio ei⁹ cū deo: fūnis ē & itētio natūritatis Christi. Nā cū humana species, esset

F.v.

No[n]



Questionum

Theologicarum

a deo per inhabitas peccatum tam originis q̄ voluntatis separata, & obnoxia morti: hec aliter nō potuit, q̄ medio Christi rediuua fieri: & ad diuinam pacē atq; amorē renouari.

13 An Christus natus sit: vt dēmones redimeret: illosq; deo iterū conciliaret?

Nequaq; nam dēmonum peccatum, inexpiable est & venia indignū: vt pote qui & primi: & natura scientes bonum & malū peccauerūt. Hominū aut̄ peccatū: leui⁹ apparuit & venia dignū: quandoquidē pthoplasti & dēmonica fraude: & ignorantibus natura, bonū malūq; diuinis preceptis ne quaq; paruerunt.

14 Cur non est necessaria: dēmonum redemptio?

Quia non omnes angeli peccauerunt. Numerus quippe cœlestium ordinum, post dēmonū ruinā: saluus & integer in celo permāsit. Q; si tot⁹ vn⁹ ordo cecidisset: fuisse forsan necessaria illius redemptio & salus, ad nouenariā distinctionis instaurationem. At vero quia ex singulis ordinibus q̄ plurimi superstites fuere: hinc salutis & redēptionis dēmonū sublata necessitas.

15 Cur magis necessaria fuit hominū: q̄ dēmonum redemptio & salus?

Quia primi hominum parentes in paradiſo peccauerant, erantq; morti obnoxii. Quocirca & tota humana species, q̄ ab iisdem parentibus nascetur: per inditū virus peccati, in mortem ruebat. Oportuit itaq; humanae specie q̄ necessaria est ad complementū vniuersi: compotem fieri salutis & ad priscā immortalitatē reduci.

16 Cur magis impossibilis est dēmonum q̄ hominū salus?

Et dēmonū & hominū salus: quoad deū, que possibiles iudican̄. Pēsata tñ dēmonum natura: lōge impossibilior est dēmonū, q̄ hominū redēptio. Nam graui⁹ extitit dēmonū p̄t̄m, humano p̄t̄o. Et si quidē redimendū esset dēmonū genus: oporteret forsan deum, vniuersūq; dēmonis sibi inserere naturā: quādoquidē horū substatię, species quādā sunt inter se equiuoce: quartū vni⁹ salus, haud potest esse salus alterius: cū vna alia nequaq; genuerit: neq; vna, ex alia pdierit. Est itaq; dēmonū

salus: lōge humana salute: impossibilior.

17 Vnde colligenda est necessitas: humanae redēptionis & salutis?

Simpliciter & collatiōne dei, nulla est humanae redēptionis necessitas: quandoquidē potest de eis se absq; vllis creaturis: qui libere & sponte, omnia de nihilo fecit. Quia tamē humana species, necessaria est ad cōplementū vniuersi: & hactena, p̄t̄m sui parētis peccato periclitabat in morte: hinc necessitas humanae redēptionis & salutis deproposita. Alioquī vniuersi numerus, appateret diminutus. Oportuit em adesse deo: sicut primam eius imaginē, ita & secundā. Angelus autem prima: homo vero secunda dei imago nūcupatur.

18 Vnde prima humanae redēptionis possibilitas apparuit?

Colligit possibilitas humanae salutis prima: p̄ fidem q̄ omnes homines sunt eiusdem speciei: siue vnius cōis & vniuocē substatię: ab eodē parēre, habētis initū. Nā propter specie similitudinē, in uno homine, carteros oēs regenerari ac saluari contingit nec est necesse, vt cunctorū hominū singularis substantia: ipsi deo personaliter vniāt̄: quandoquidē vnius tātū singularis hominis, personalis cū deo insitio: ceterorum hominū, q̄ eiusdem & vniuocē substatię sunt regenerationē, salutē, diuināq; pacē operat. Etenim habitatio dei in hominē vno: est eiusdem mansio in vniuersis.

19 Per quid secunda humanae salutis possibilitas: est elicienda?

Similitudo totius humanae speciei (vt praecedens edocuit) est prima possibilitas salutis ipsius. Q; autem ex eadē specie, licet peccato corrupta: vnius singularis homo incorruptus, innocens & mundus ab originali macula nasci potuerit: ad secundam humanae salutis possibilitatē ostēdit. Si em ex corrupto semine, incorrupta & mūda a peccato substantia, elici nō potuisset: impossibilis fuisse humanae specie regeneratio: vt pote quē tantum ab ente simili in specie: sed corrupta ab incorrupto, potuit regenerationis beneficium indi- p̄isci.

20 Cur peccator homo: peccatores redime non potuit?



Liber. VII.

Quia omnis q̄ subiacet peccato, seruus est peccati: & iure a diabolo possidetur. Qui aut̄ seruus est & ab alio possidet; nec is seipm̄ nec pares consentios eximere potest a seruitute: sub qua, yenundatus iam nō sui: sed alieni iuris est. Nā si seruus offerat seipm̄ domino, pro sua & aliorum liberatione hic offert dñō, q̄ antea ipius dñi sunt & non aliena munera. Non potuit igit̄ peccator homo: pro peccatoribus donari & offerri.

21 Cur innocentē & per omnia īmaculatum esse oportuit eum: qui humanum genus redimere debuit?

Hanc fere precedēs discussit. Nā seruus, qui ī ure emptionis possidet; offerit neq̄ domino, pro sua & cōseruorū manumissiōe. Ois quippe redēptio fieri deber e sumptu alieno: debet q̄ is, q̄ redimit ab aliquo, nōnulla illi offerre, q̄ sint ab eius possessione aliena. Oportuit igit̄ per omnia hunc innocentē esse & liberū a peccato: qui a domino peccati, cunctos seruos redēpturus erat. Hoc enī pacto redemit deus humanū gēnus a peccato: offerens id quod nō erat peccati: neq̄ possidebat a p̄tō.

22 Cur oportuit humani generis saluatore duplicis esse naturæ: diuinæ: atq̄ humanæ?

Quia hīc separatas diuinasq̄ substātias: diuinam atq̄ humanam, conciliare debuit. Ideo quippe in unitate suę personę: vtranḡ naturā apprehendit. Nam mediū natura: vniō est & copula extremitum. In solo ac simplici deo: nō potuit redimī humanū gēnus, cū sit deus alterius speciei, ab hominib⁹. In simplici pariter hoīe: haud poterat humana species conciliari deo: quandoquidē hunc oportuit personaliter deo cohārere: q̄ cæteros vinculo voluntatis, deo conciliaturus aduenit.

23 Cur potius secunda siue media diuinitatis persona q̄ prima aut tertia: nostra adhēsit humanitati?

Id patratū est diuina voluntate: sese clēmēter nūmero & rationi nostrę humanę speciei accommo dante. Honiūnis quippe natura, vinculū est entiū sensibilium & intelligibiliū: estq̄ situ & loco media inter intelligibilia & sensibilia. Statuit igit̄

Fo. XLVI.

tur deus ut mediā yniuersi naturā, hoc est humāna sp̄cie: media diuinitatis persona redime ret. Nam pares numeri vtricq; naturæ: diuino in quā verbo & humanę sp̄ciei, respōdere cernitut. Addē q̄ & secunda dei p̄sona: verbū illius, seu p̄tēria quēdā vox appellat. Homo autē est ut vera & rationabilis vox yniuersi. Nā & intelligibilia: quippe īcorporeā: sunt vocis expertia. Muta ve ro animātia rationabilē vocē nō edunt.

An verbum caro factum: aliquopacto ipsius verbī diuinitatē: aut cōfuderit: aut maculauerit: aut permutarit. Nullo pacto aut diuinitatē verbī, cum humanitatē confudit: aut eandē adhēsione humanitatis maculauit: aut in humanitatē permutauit. Nā p̄ mansit integrissima & īcōfusa verbī diuinitas, cū humanitatē: sancta & īmaculata, cū pura & īnocente: ēterna & īmutabilis: cum temporali, sed tamen natura īmortalī. Si enim permutata fuisset verbī diuinitas in humanitatē, aut huma nitas in diuinitatē: non esset Christi p̄sona dupli cīs substātiae & naturē.

25 Quotuplex est nod⁹ & vinculum personæ Christi?

Quadruplex: prīmus nodus substātialis & eter nus: quo ipsius incarnati verbī diuinitas, ab ēterno & ante sēcula: paterna p̄sona substātialiter alligatur. Secundus quo caro corpus Christi, spiritui & animae ipsius naturaliter cohāret: & hoc est naturale humanitatis vinculum. Ter tius est nodus medius: quo tota Christi humanitas, diuinitatē verbī adalligatur, in unitate totius personæ Christi. Et hic nodus personalis vocatur. Quartus deniq̄ nodus est voluntatis: & hic geminus est: vtpote quo & diuinitas verbī patrī per omnia consenit: & humanitas, ipsi verbo ad mortē vsc̄ obtemperauit.

26 Cum verbī diuinitas: sit magis vna cū patre: q̄ humanitas cū natura verbī: cur humanitas cum verbo: dicitur vna esse in unitate personæ: cū tamen nequeat verbum cum patre: in unitate personæ esse vnum?



Questionum

Pater & verbū, sunt duæ persona: & vna substātia. Non possunt autē esse duę substantiæ & vna persona. At vero verbum & humanitas tota, sicut duę substantię diuina scilicet & humana, diuerse speciei: quae sunt minus vnu, q̄ pater & verbum. Nā duę & disparate substātię, minus vnu sunt: q̄ vna & vbiq̄ similis substāntia. Attamē verbū & humanitas, dicunt vnum esse, vnitate personæ: pater autē & filius, repudiant personalē vnitatē. Dicimus igitur vnu personę Christi, nō esse omnino simplex vnu: sed vnu coniunctionis & copulę. Nempe vnitas personæ in diuinis: lōge simplior est, vnitate personę Christi.

27 An vinculum humanitatis Christi cū verbo: sit par vinculo corporis ipsius cū anima?

Par est quoad aliquid: vt quoad naturā discretionem, absq̄ vlla eorum cōfusionē. Nam q̄ dixit sicut anima rationalis & caro, vnu sunt homo: ita deus & homo vnu sunt Christus: hanc vinculum corporum similitudinem, iuxta dissimiliū naturārum discretionē manifeste expressit. Disparia tamen sunt hæc vincula: quoad amborum firmitātē & appellationē. Nam vinculum animæ & corporis, naturale: vinculum vero humanitatis & verbī, supnaturale vocatur. Vinculum insuper aīa & corporis: voluntate mortis, solui potuit & solutū est. Nodus autē verbī & humanitatis: nulla morte, potuit dissoluī.

28 Vnde sumpta est substantia corporis Christi?

Ex utero virginis. Fuit enim cōceptus Christus in utero virginis, de sp̄itu sancto: sine semine viri. Quapropter omnis substantia corporis Christi: substantia virginis est: quę virtute spiritus sancti concepit: nihil exterioris substantiæ aut peregrini seminis accipiens a viro. Sicut enim ex primo viro, sine muliere, producta est mulier: ita & nouissimus vir, sine viro: ex muliere processit.

29 An humanæ speciei per Christū regeneratio: sit illius recreatio?

Minime: nam sicut generatio a creatione differt: ita & regeneratio. Non enim ex limo terra, forma ta est & sumpta corporis Christi substantia: sed

Theologicarum

ex utero virginis vt præcedens monstrauit. Si autem fuisset ex limo terra formata caro Christi, si cut & Ad eum caro: nativitas Christi, humana recreatio & penitus humanæ speciei renouatio diceatur.

30 Quo pacto differunt hęc tria Creatio Generatio: regeneratio?

Creatio est ortus humanæ speciei, ex immediato terræ limo: quo pacto primum dumtaxat humana speciei individualium vt Adam emersit. Generatio propagatio seminis est: & secundorum hominum, a primis parentibus (naturali serie seruata) origo. Regeneratio, aliquantisper inter utramque media reperitur: vt pote quæ & naturalem seriem, partim seruat & partim immutat. Seruat quidem secundum nativitatem ex muliere. Immutat autem q̄ ex muliere virginē: virili actione, nequaq̄ concurrente. Creatio, a nullo parente fit: generatio, ab utroq; Regeneratio ab unico. Creatio sine patre & matre. Generatio ex patre & matre. Regeneratio ex matre, sine patre. Hic enim regenerationē appellamus nativitatem Christi: q̄ est totius humanæ regenerationis initium.

31 Quotuplices sunt ortus hominū?

Quotuplices: creatio, productio, generatio, regeneration. Creatio Adæ: productio Eue: Generatio cunctorum mediorum hominum. Regeneratio Christi. Nam factus est Adam ex immediato terræ limo. Eua autem nec proprie creata, nec genita est: sed ex Adē latere a diuino actu producta. Ceteri vero hominum geniti, ut utroq; parente dicuntur. Christi autē nativitas, quia unico emersit parente: humana speciei regeneratio appellatur. Unde fit vt Adam, sit homo ex neutro parente. Eua homo ex viro, sine muliere. Abraham ex viro & muliere. Christus ex muliere sine viro.

32 Qui humani ortus referatur ad diuinum actū: & qui ad humanum?

Creatio productio & regeneratio ad diuinum actū generatio vero ad humanum referuntur. Nā dicit deus creasse Adā ex limo terræ. Idē quoq; ex Adē latere Euā produxisse receſt. Conceptio demū Christi spiritu sancto ascribit: vt pote quę de sp̄itu sancto conceptum aſserimus. Communis autē homi-

Liber.VII.

num generatio, haud hoc pacto ad diuinum: sed ad humanum actum refertur. Nam Adam ex Eva Cain genuisse predicatur.

33 An prius fuerit conceptum corpus Christi: quia anima in illo procreata?

Minime. simul enim atque concepta fuit caro Christi: eius anima eidem adhescit. Quapropter conceptio Christi, a communium hominum conceptione dissidere probatur. Nam ceterorum hominum corpora, in maternis uteris, prius usque ad aliquid formatur: quia rationales animae in ipsis procreantur. Christi vero tota humana substantia representatum accepit initium: tametsi corpus illius sensim, hoc est nouenatis mensibus; membrorum & organorum decorum accepisse fateamur.

34 An diuinitas verbi: prius adhescerit unum partium humanitatis Christi quam alii?

Nequaquam. Nam non prius concepta est caro Christi, quam procreata eius anima. Insuper & quo instanti, concepta est caro Christi in utero virginis & anima eius procreata: eodem momento verbis diuinis & carni & animae & naturali utriusque complexioni, hoc est toti humanitati adhescit. Vnde fit ut non prius fuerit naturale vinculum corporis & animae Christi: quam supernaturalis nodus diuinitatis & humanitatis.

35 An alias quam in morte: fuerit anima Christi absque organis corporeis?

Arbitrarentur forte nonnulli non tantum in morte fuisse anima Christi absque organis corporeis: sed etiam in momento conceptionis suae. Nam substantiam quidem corporis Christi, conceptam fuisse momento: simul in qua concepta carnem & procreatam animam: attamen non eadem instanti corporea organa fuisse digesta. Sed ea nouem mensibus coauisse: ut Damascenus in instanti conceptionis Christi omnia corporea eius organa, secundum figuram digesta fuisse tradit: licet in tempore secundum molam naturalis quantitatis incrementum acceperint. Haud igitur alias quam in morte: fuit anima Christi absque organis corporeis.

36 An si recreasset deus e limo terrae hominem nouum: potuisset in illo huma-

Fo.XLVII.

na species renasci & liberari a mortis securitate?

Minime. Nam hic homorecreatus a deo e limo terra, fuisset nobiscum equiuocus: hoc est dissimilis substantiae: qui ad nullum hominum se habuisset: ut pater ad filium, aut ut filius ad patrem. Ut autem destrueretur peccatum: oportuit aut peccatrice substantia pati, aut ea saltus quem ex peccatrice substantia originem ducebat. Debuit enim peccatum datur: in substantia vniuoca, propria, communis.

37 An Christus mortalis fuerit: ut ceteri homines?

Ceteri hominum lege peccati, mortales ex immortalibus effecti sunt. Christus vero cum fuerit mundus a peccato: causa mortis caruit: nec habuit intrare se unde morti obnoxius diceretur. Erat igitur Christus natura immortalis. Hic tamquam voluntate & non via necessitate: naturaliter immortaliter exinanitus: & offerens seipsum morti: mortales ad priscam immortalitatem reuocauit.

38 In quibus Christus Ade similes fuerit?

Similis fuit Ade Christus in tribus: primo quod utriusque, non prius corpoream substantiam: quam spiritualis fuit precreata. Secundo quod utriusque natura erat immortalis, id est mundus a peccato. Nam mortis causa, peccatum est. Ambo enim ob peccatum mortui sunt. sed Adae ob peccatum suum: Christus vero ob peccatum alterius. Tertio quod utriusque pater omnium hominum. Adam quidem pater secundum carnem. Christus vero pater secundum spiritum. Adae pater generationis: Christus pater regenerationis.

39 In quibus Adam & Christus dissimiles fuere?

Dissimiles fuere in tribus: primo quod Adam simplex homo, Christus homo deus. Secundo quod Adae in perfecta viri quantitate & magnitudine creatus: Christus autem natus infans: ut ceteri homines. Tertio quod perfecta hominum qualitas, hoc est sapientia omniumve rerum scientia, Adae a natura defuit: quam tamen Christus a natura, ex diuinitatis presentia creditur consecutus.

An sola Christi nativitas: fuerit humanae consummatio salutis?



Questionum

Nequaq;nam nisi granū frumenti cadens in terram, mortuū fuerit: ipm̄ solū manet. Si aut̄ mortuū fuerit, multū fructū affert. Sola igit̄ Christi natūrātis: erat ut simplex semen immortalitatis vniuersorum homin̄. Hoc aut̄ semen, in terrā mitati debuit: ut fructū immortalitatis afferret. Alios qui ipm̄ semen solum & per se: incorruptū atq; immortale manebat.

- 41 An deus in fortitudine & virib⁹: humum redemerit genus?

Noluit deus humanum genus redimere in fortitudine: quasi preualens virib⁹. Et potuit quidē in fortitudine & virib⁹ aduersum Sathanā contendere: & humanī generis debellare hostē. Malum tamē in iudicio & iustitia illius imperium subvertit: & ab humano genere peccati onus excutit. Nam fortitudo seu viriū preualentia: virt⁹ est huius mundi.

- 42 Quod est iudiciū christi cum Sathanā humanī generis salutē eliciens?

Mors Christi innocentis. Nā causa mortis & Sathanæ seruitutis: peccati. Inuentus est autem in morte & Sathanæ laqueis agnus dei: in quo mors nihil habuit. Ex morte igit̄ Christi: mors ipa iudicatur dānaturq; vt pote q; sub communis hominis specie: momordit editq; fructū vitæ, immaculatum, incorruptū, immortalem: in quo nulla fuit mortis causa. Hoc diuinum cum Sathanā iudicium: cunctorum hominū salutē partiuūt.

- 43 Cur non potuit elici Sathanæ iudiciū & euacuari ei⁹ potestas ex morte hominū peccatorum?

Quia omnis in quo est peccatum iure seruus est peccati: iure, imperio & potestatis Sathanæ subest iure deniq; a morte captiuus tenet. Habet enim Sathanas & mors, iustum causam eos perimendi homines: quorum natūrātis peccati virus a parentibus contraxit. Haud igitur propter interitum & mortem hominū peccatorum: concludi potuit Sathanæ iudicium, & illi⁹ euacuari potestas. Possidens enim Sathanas peccatores: ea possidet quę sui iuris sunt, nō q; aliena.

- 44 Qualiter de peccato ut diuus Paulus

Theologicarum

ait: damnauit deus peccatū?

Intellige Sathanā esse peccatū: Nā princeps est et dux peccati. Tandiu peccatū id est Sathanas, nō peccauit, nec euacuari potuit: quod in seruis suis id est in peccatoribus hominibus regnauit. Vbi autem peccatum possedit quod suū nō erat sed soli⁹ dei: vbi regnauit in viro, in quo nihil habuit adigens illum morti: tūc merito peccatum de peccato conuincit: & peccatū de peccato, hoc est de illata iniuria & alienę oīis immolatiōe, dā natur.

- 45 Quo pacto mors: morte Christi: mordit seip̄sam?

Mors qđiu hominē momordit peccatores: sibi p̄ exitiosa nō fuit. Asueta autē morsibus hominū peccatorū, quos iuste possidebat: apprehendit & deum in terris sub cōmunitū hominū specie & amictu (in similitudine carnis peccati absq; tamē peccato) latente. Hic ergo morsus, virus mortis fuit. Quia enī inuenit⁹ est deus iniuste, in vetero mortis: hic iuste mortis veterū dirupit: tantoq; morsu, mors illico crepuit euiscerata.

- 46 Cur scriptū est: ero mors tua o mors: morsus tuus o inferne?

Id scriptum propter Christū. Et manifeste testat̄ Christum, nō hominē purum fuisse: sed verū hominē, in quo personaliter de⁹ habitabat sub carnis amictu, in hoībus, in terris cōueratus. Si enī Christus fuisset purus homo: quo patto ad deum, hoc eloquū referri posset: ero mors tua o mors, morsus tuus o inferne. Mors enim de glutiēs Christū: apprehēdit & detū. Et tam in vetero inferni inuēta est diuinitas christi q; aīa eius dī rumpens veterum mortis & inferni.

- 47 Quod est prēmiū mortis Christi?

Omnī animarū q; a morte tenebantur liberatio, inferni disruptio, mortis interitus, euacuatio Sathanæ potestatis, cunctorū hominū resurrectio futuri s̄eculi instauratio, dominatio oīis creaturæ. Nā q; iniuste inuētus est in inferno. Hic non iniuria inferni claustra pertupit: qui iniuste mortuus morte vicit: q; redemit oīem creaturā, huic de⁹ omnia subiecit: & vniuersę creaturā sperīū ascripsit eternum,

Liber.VII.

48 Cur Sathanas aut impedire aut tardare voluit mortem Christi:apparés per vísrum vxorí Pylati?

Quia vt diuus Ignatius ait: Malignus sentiebat suā perditionē. Inītū em̄ illi fuit ad perditionem mōr̄ Christi, tropheū crucis: quod vidēs expaue scit & audiēs timet. Prēsentēs ergo Sathanas ex morte iusti & suīspius ruinā & eorū quos capti uostenebat liberationē: apparēs p vísrum, vxori iudicis Pylati: suggessit illi: vt vīro suadcret iūstū dimittendū: q̄ somnīo parens, misit ad vīrum dicēs. Nihil tibi & iusto illi. Cāterū maligni suggestio, nequaq̄ p̄equaluit. Haud enī reprimere iā potuit mīnistrōs iūstītīe: quos ip̄sem̄ in necē Christi, prius inflammarat.

49 An cognouerit Sathanas: Christū iūstum esse?

Multa (vt diuus Ignati⁹ testatur) circa Christū, Sathanā latuerunt: vt vīrgīnīs part⁹, admirāda cōceptio, diuinitas Christi. Quapropter & cum lūtorū opera, īterne & scđmīse Sathanā lateant: dicere possumus Sathanā, cognouisse Christū iūstū esse: nō ex op̄ibus iūstītīe ip̄ius, q̄ eū latebant: sed pp̄terea q̄ se in Christo nihil habere cognouerat: q̄ ve nullā eius noxā aut culpā compertā habebat. Haud igit̄ ex agnītōe & ītūtu bonorum operū: sed ex ignorantia & negatione iūstītīe, potuit Christus a Sathanā, vt iūstus agnoscī.

50 An mors Christi Sathanē imputetur?

Omne peccatum quod fit in mundo siue a dēmonib⁹ siue ab homīb⁹: merito ei impingit, q̄ p̄mīus extitit author peccati & toti⁹ apostasiē siue a deo secessiōnis dux. Mors aut̄ Christi, peccatū: inīmo vero excellēs & summe peccās p̄ctīm. Mors igit̄ Christi Sathanē imputat̄. Quo pacto enim mors Christi iudiciū fieret mortis: si illa, morti & Sathanē nequaq̄ impingereret.

51 Cur mors Christi Sathanē imputatur cum tamen illam impedire molitus sit?

Q̄ Sathanas Christi necē impedire sateget: id nequaq̄ intentiōe bonī alicuius, aut amore Christi fecit: sed sibi ipsi timēs īminere exitiū: ne p̄incipatu huius mundi spoliaret. Hic ergo ei⁹ conatus retinendi amore imperii: nihil obest, quom̄

Fo.XLVIII.

nus eius iūdīcīum & eternus īteritus, ex Christi nece eliciat. Id em̄ nō fecit causa iūstītīe: sed libidīne accensus iūgiter in hominib⁹ dominandi.

52 Cur occidi debuit Christ⁹ a Iudeis & non ab alienigenis?

Christus debuit ab his īterimī, qui legē accepērāt: in qua relinquentes opera iūstītīe fructifica runt p̄tō. Ip̄ni em̄ p̄ctīm illatū in lege & summe quidē peccans peccatum: est īteremptio Christi. Nam vt concluderet ex lege misericordia dei & gratia: illatū est prius excellēs peccatū: per quod euacuatis humanis operibus & reuelata humana īfīrmītate ac naturali cēcītate q̄ deum suum ignorauit: gratia maxime illuxit vt gratia. Oportuit igit̄ filium dei a filiis, & semen Abrahā a semīne Abrahē: potiusq̄ ab alienigenis crucifigi.

53 Quo pacto per legē dīcī potest mors Christi illata?

Lex data est īfirmis hominib⁹: vt per legē manifestaretur naturalis īfirmitas eorum. Lex enīm est antiparīstasis peccati: per quam obſessum in hominib⁹ peccatum, vīres accipiēs reuixit: idq̄ quod erat summe & excellenter apparuit. Murus igit̄ peccati id est lex: viūificās in hominib⁹ peccatū dīcī potest mortem ītulisse Christi. Debuit enī prius īferri oīs apparītio peccati: q̄ aut ip̄m tolleret, aut gratia dei eliceret.

54 An lex per quam mortuus est Christ⁹ mala sit?

Nequaq̄: nam lex mur⁹ est & obſidio peccati: coartans illud ne se in plura diffundat, īndulta ī īteritū eiusdem. Ex occasione tamen legis, peccatum obſessum in lege: vt ī quadam antiparīstasi (vt solet contrarium ī contrario) reuixit et vīres accepit: tanq̄ legi resistens aut eius murū dirumpens. Vbi autem per maximum peccatū, absūpta sunt & exinanītae peccati vīres: tunc sublatum est peccatum & mors illius in lege conclusa.

55 Quomodo lex non est mala: per quam peccatum reuixit: vīres resumpſit: summe apparuit:

Q̄ peccatū per legē vīres resumpſit, reuixit ac



Questionum

summe apparuit: id non est ex intentione legis: sed secundum accidentem: quia virtus obfessa & collecta: fortior est (ut ait) q[uod] dispersa. Et contrarium in contrario, magis appetit id quod est: q[uod] simile in simili: ut ignis, magis appetit in nocte: q[uod] in die: & nubes, magis in die q[uod] in nocte se prodit. Intentio enim legis est obsecrare imprimis & corrumpere peccatum: ut deinde illud euertat. Inualuit tamē peccatum contra legem: & angustias illius a terminos transgrediens, summo & excellenti peccato, seipsum damnavit.

56 Cur gentes simul cum iudeis in Christi necem conspirarunt?

Vt omnes participes fierent misericordie dei: particeps imprimis effecti sunt peccati. Conclusit enim deus (ut sacer Paulus ait) omnia in incredulitate: ut omnium misereretur. Captus Christus a Iudeis, oblatus est gentibus: flagellatus a gentibus consputus a Iudeis, interfic[er]t ab utrisque. Hoc enim pacto & qui erat populus dei & qui non erat populus dei: conuenierunt aduersus dominum & aduersus Christum eius.

57 Quod est maximum mundi peccatum? Interemptio Christi: hec enim est fructus & excellitia omnis peccati: per quam peccatum exinanitur consummatur dñatur. Maior quippe peccatum mors Christi est: q[uod] ruina prothoplastorum, q[uod] mors vniuersorum hominum: quanto prestantior est Christus prothoplastis & vniuersis hominibus. Vbi igitur peccatum ad summum suum apicum per mortem Christi conscient: mox et medio sublatum interiit & a summo in imum ruit.

58 Quo pacto peccatum regnauit in Christo: & non regnauit in Christo?

Peccatum regnauit in Christo secundum effectum, hoc est secundum mortem quae est effectus & consequentia peccati. Non regnauit autem in eo secundum causam cum nulla fuerit in Christo mortis causa. Inuenit enim in Christo effectus peccati id est mors: sine causa mortis id est sine peccato. Mortuus est, non quia mori debuit: sed quia mori voluit. Regnauit igitur peccatum in eo in quo non regnabat. Apparet peccatum in quo non erat peccatum.

59 Cum Christus non sit peccatum: cur mors

Theologicarum

ipsius dicitur mors peccati?

Triplici de causa, mors Christi dicitur mors peccati: cum tamē Christus nec peccatum sit, nec peccatum habuerit. Prima quia Christus voluntate patris, pro omnibus oblatus est: & factus omnium peccatum. Affixus enim Christus cruci, cyrographum peccati. Secunda quia Christus iniuste moriens, abstulit omnium hominum peccata. Tertia quia sua morte, de peccato damnauit peccatum: & Sathanem in imperium contulit: haud ab igitur mors Christi vocatur mors peccati.

60 Cur passus est Christus extra civitatem? Christus ex lege (reuiuiscente per legem peccato) mortuus est. Scriptum est autem in lege: ut omnis leprosus & infirmus, eiiciatur extra castra. Ut ite cineres cremati hostiis, oblati pro peccato: extra castra spargerentur. Hac igitur de causa, extra castra populi hoc est extra civitatem Christus passus est: ut pote qui omnium infirmitatem & peccata, extra castra portauit: qui pro omnibus infirmis & leprosus apparuit: quod sanctificatus & purgatus civitatem: omnem eius lepram & morbum extra eam tulit.

61 Cur quinq[ue] vulnera: eidem illata sunt? Quina Christi vulnera, sunt ut quinq[ue] insignia mundi regna: quorum quattuor surrexerunt secundum elementa huius mundi, sub potestate atque imperio principis mundi huius, Babylonici. Per sicum, Macedonicum, Romanum. Quintum vero secundum voluntatem dei surget: & id, regnum coeli non cupatur. Nam sicut quinq[ue] sunt maxima mundi corpora: terra, aqua, aer, ignis, ccelum: ita & quinque mundi regna & totidem vulnera Christi: quem omnis mundi pars & regnum confixit.

62 Cur quattuor extrema vulnera illata sunt viuenti: mediu[m] autem pectoris vulnus idem iam mortuus accepit?

Quattuor extrema Christi vulnera, manuum ac pedum: sunt velut quattuor temporalia mundi regna: quae in quattuor angulis mundi: oriente, metropolite, septentrione & occidente: ante humani generis salutem apparuerunt. Mediu[m] autem pectoris vulnus: exprimit regnum coeli. Quapropter extrema pedum manuumque vulnera illata sunt adhuc viuenti. Pectoris autem vulnus, illatum iam mortuo: humani

Liber. VII.

Fo. XLIX.

quippe generis salus & aduentus regni dei: Christi mortem sequi debuere.

63 Cur meridiana hora Christus actus est in crucem?

Sol totius iustitiae, Christus. Diuina igitur voluntate factum est: ut sol cum sole, intellectualis lampas cum sensibili lampade & eleuaretur & flecteret in occasum. Hac enim de causa, Christus hora meridiei actus est in crucem: ut sensibili sole, a meridie in occasum meate: una intelligibilis solis vita, in mortem laberet. Intellectualis tamen sol tribus horis: ante sensibilem occubuit. Hora quippe nona Christus expirauit.

4 Cur eclypsis solis apparuit: Christo ad huc viuente: cum cetera signa eius mortem secuta sint?

Ab hora sexta, usque in horam nonam: facte sunt tenebre super universam terram. Hora autem sexta, actus est Christus in crucem: qui hora nona expirauit. Tandem igitur terrifica illa eclypsis universo mundo innotuit: quod Christus viuens, in cruce pepedit. Hec precessit morte ipius: cum tamen cetera signa eius obitum secuta sint. Compaties quippe sensibilis sol intellectuali soli: opifices lucis thesauros: ne tantum scelus intueretur: oculuit. Indicabat enim virtute auctoritate: non passum sed patientem: non mortuum, sed morientem. Sequentia autem signa, eundem passum & mortuum testata sunt.

65 Quot horis Christus in cruce pependit?

Sex horis: tribus viuens: & mortuus tribus. Nam ab hora sexta, vixit in horam usque nonam: hora autem nona expirauit. Vespertina autem hora, quae est duodecima in occasu solis: depositus est de cruce & commendatus est demum sepulturae. Moriens igitur Christus circa vernum equinoctium: tanto tempore viuens quanto & mortuus in salutifero crucis ligno pendit: vite lucis & mortis tenebras: ex aquo dissipatus.

Vide de ea se amplius in libro theologiae Christianae folio 71: 8 q. 93.

66 Cur confessim eo mortuo: velum templi scissum: a summo usque deorsum?

Huius signi eadem ferme ratio: quae & vulneris, quod in pectore illatum mortuo. Nam hec signa manifestata post mortem Christi, deum homibus conciliatum:

& templi suum adaptaveruisse & sancta sanctorum prius inuia & velo adopta, nudasse ac discooperuisse. Erat enim sacrum Christi pectus, templum dei & velum diuinitatis: quod mortuo Christo, lacea adaptum: cunctis viis ad inhabitantem deum, patere inserviuauit. Hoc pacto igitur & velum templi scissum sancta sanctorum prius obiecta nudauit.

67 An ea solis eclypsis: que eo in cruce pendente apparuit: fuerit naturalis?

Nequaquam. Nam naturalis solis eclypsis accidit sole & luna, existentibus in coniunctione dyametri. Tamen vero erat sol & luna naturali latrone, in oppositione dyametri. Tantum quippe spacii, luna momento conficit: per quantum quattuordecim diebus naturali motu, progressi solet. Sicut enim intellectualis sol natura immortalis, preter naturae seriem patiebat: ita & sensibilis lampas, illi extra naturam ordinem compati iusta erubuit: & suorum lucis thesauros abscondit.

68 An Christi diuinitas fuerit particeps passionis & aliquid passa?

Diuinitas est actus purus: ois autem actus non modo increat: sed etiam creatus, ut huiusmodi impassibilis manet. Non est igitur Christo paciente, quicquam passa diuinitas. Aderat equidem diuinitas, coniuncta patienti humanitati. Nihil tamen perpetui potuit in impassibilis natura. Sola etenim humanitas, fuit subiectum passionum.

69 An Christi anima sit quicquam passa?

Rationales aies, inter actuū immortalium sortentur merantur. Actus autem ut huiusmodi impassibiles sunt. Nihil igitur corporalis afflictionis pressa est anima Christi: quae clavis confixa est, neque sanguinem fudit: nec sitiuit, nec poenam ullam pressit. Hec siquidem passiones corpori & carni ascribuntur. Omnis igitur Christi passio, fuit carnis afflictio.

70 Cum mors sit passio totius & partium ipsius dissolutio: quopacto Christi anima morte nihil per pressam dicitur?

Esto: mors sit totius compositionis passio: nam partium ipsius dissolutio: anima tamen Christi morte, nihil pressa est nisi secundum accidentem: quod desit ad tempus esse in corpore: quod prius erat in corde. Haud enim corpoream poenam passionis pertulit anima: sed sola caro quod consputa est,

G

Questionum

flagellata, cesa, afflita, ligno crucis onerata, crux affixa, clavis perforata. Haec enim sunt corporum: non animarum passiones. Anima tamen Christi suum modo: internis doloribus, tristitiis, amaritudinibus & tediis non caruit. Dixit enim Christus. Tristis est anima mea usque ad mortem.

- 71 An mors Christi eius humanitatem separauerit a diuinitate?

Nequaquam: neque enim totam humanitatem, neque voluntatem eius partium: a diuinitate separare potuit. Nam persona Christi duplice vinculo coauit. Alio partium humanitatis: id est animae & corporis. Alio, diuinitatis & humanitatis. Illud igitur nodum non istum: mortis occasus, soluere permisus est. Astitit enim immensa verbi diuinitas post mortem eius: & animae & corporis (quod morte dissolutis) sociata.

- 72 An corpus Christi extabuerit in sepulchro tendens in corruptionem?

Corpus Christi in sepulchro, nequaquam extabuit: tendens in corruptionem. Nam in simplici morte ipsius quae est anima a corpore dissociatio: consumata sunt quae de ipso erant viuenda. Non igitur debuit nec etiam potuit sanctificata, incorrupta & innoxia caro: valla tabe aut corruptione resoluiri.

- 73 An corpus Christi iacens in sepulchro virtute Aromatum effugerit corruptionem?
- Corpus Christi non virtute myrrae & aromatum quibus conditum erat, effugit corruptionem. sed cum virtute naturalis innocentie, puritatis, & sanctitatis: tum virtute presentis diuinitatis. Haec est enim caro, de qua scriptum est. Insuper & caro nostra requiescat in spe, nec dabitis sanctum tuum videre corruptionem. Non igitur myrra & aromata: sed naturalis innocentia, illam a corruptione tutam liberaramque seruauere.

- 74 An Christi anima: potuerit apud inferos teneri a morte captiuam?

Quae iniuste & preter legem peccati a corpore soluta est: teneri a morte non potuit. Nam causam non habuit, cur a corpore migraret, & ad inferos descendenter: ut pote nullo onerata peccato. Non enim propter seipsum, sed propter viueros mortuus

Theologicarum

est Christus: quia mori voluit: & iursum illius anima non propter seipsum: sed propter captiuas animas ad inferos descedit. Quamobrem, victrix mortis anima teneri a morte captiuam non potuit. De hac enim propheta cecinit. Non derelinques animam meam in inferno. Diuinitas quippe verbi illam ad inferos comitata: eandem triumphante ab inferis eduxit iterumque corpori insuit.

- 75 Quot horis anima Christi apud inferos mansit?

Horis quadraginta. Nam ab hora nona ferie sextae ad horam primam ferie primae: hora quadraginta numerata. Expirauit enim Christus nona hora, sexta ferie. Resurrexit vero hora prima, feria prima: in ortu solis, in aurora diei. Nam sole huius mundi supra hemisphaerium ascendet: reuersus ab inferis utriusque mundi sol de sepulcro surrexit. Etenim quot annis, populus ascendens ex Aegypto manit in deserto; tot horis anima Christi apud inferos stetit.

- 76 Quae sunt sub quadragenario numero in sacris eloquiis signata?

Copula in sacris eloquiis sub numero quadragenario signata. Impetravit enim ut fieret diluvium, quadraginta diebus & quadraginta noctibus pluit super terram. Duodecim exploratores missi a Moysi: quadraginta diebus, iustrauerunt oceum terram Chanaan. Quadraginta annis manus populus in deserto: usquequo morentem quod murmurauerat contra deum. Ter quadragenis annis electus dei Moses vixit. Quadraginta diebus vir dei Helyas in fortitudine cibi & aquae coelestis: ambulauit per desertum, usque ad montem dei Oreb. Quadraginta diebus, Christus in deserto ieiunauit: nec manducans nec bibens. Quadraginta horis, eius anima apud inferos mansit. Quadraginta dies ab eius resurrectione, usque ad ipsius in celum assumptionem numerantur. Et alia permulta quadragenario signata numero: diligentiores indagatores offendunt.

- 77 Cur potius dextrum Christi latitudinem instrumentum: perforatum est lancea?
- Sicut in dextra parte mundi ut in oriente est pars diuis voluptatis: ex qua siuili irragentes midu-



Liber. VII.

Fo. L.

originē ducunt: ita & deo placuit ut postius dext̄
trū Christi latus, q̄ sinistrū: lancea pforatū, adas
periretur, vt inde tanq̄ e tēplo dei & paradiso spi
ritualiū deliciarū: sacri sanguinis & aquę tiuuli, in
cunctoq; hominū regenerationē scaturirent.

78 Cur e dextro latere Christi: sanguis
& aqua fluxere?

Christus initium est & origo noui testamenti. Sā
guis vero & aqua e Christi pectore, a dextro late
re manantes: vniuersos Christi imitatores oēm
q̄ fidelium turbam in Christo regenerandam: & sa
cro eius fonte, a cūctis maculis abluendā expre
seunt. Sanguis inclytum martyrum coetū. Aqua
vero candidator̄ cōfessor̄ choros indicauit.

79 Cur prīo sanguis: deinde aqua e Chri
sti latere fluxisse nominantur?

Ita in euangelio legim⁹. vt viderūt eum iā mot
tuū: nō fregerunt eius crura: sed vnum militum,
lancea latus eius aperuit: & cōtinuo exiuit san
guis & aqua. Prīus itaq; sanguis q̄ aqua noīatur.
Id aut̄ vt in p̄cedēte dixim⁹: geminū īdicabat
ecclesia in Christū crediturē statum. Prīmū qui
dē bellū: secundū pacis: prīmū ī sanguine sancto
rum martyrum: secundū ī lachrymis p̄ior̄ cōfesso
rū. Nā prīmitia ecclesia ranq̄ suo fonti & autho
ri vicina: illi ī sanguine similis apparuit. Secun
da vero paulo ab eo semotior: sanguinē ī aquā
lachrymarū cōmutauit, illiq; p aquas similis eua
sit. Nā totius vītē Author IESVS: flere vt aiūt
sepius: ridere nunq; visus.

80 Cur qua die & annūciatus est ab āge
lo & conceptus de spirītu sancto ī vir
gine pari die mortuus est?

Quinta & vigesima die Martii: celebratur Chri
sti ad virginem nasciturū annūciatio facta p ange
lum Gabrielem. Eadē vero die & cōceptus de spi
ritu sancto creditur: & eadem rursum affix⁹ cru
cī, temporariam siue triduanam obiit mortē. Ea
dē īgit̄ die, post vndeclī trieteridas annos, solu
ta est morte Christi humanitas: qua die deus ei⁹
strinxerat vinculum. Eadem quippe die & caro
Christi concepta est & anima procreata & ambē
cōiuncte tam sibiūnūcē q̄ diuinitati adhēserūt.

Qui sunt numeri dierū: mortis & re
surrectionis Christi?

Quintus quadratus & tertius cubus. Nā quin
ta & vigesima die Martii, mortuus est. Resurre
xit vero septima & vigesima. Hic autem nume
rus cubus tertius: ille vero quintus quadrat⁹ vo
catur. Nempe quinque quinq; quintum & vī
gesimum reddit. Ter autem tria: nouenariū fa
ciunt, tertium quadratum, qui resumpt⁹ terna
rio: septimū & vigesimū (qui cubus tertius est) conflat. Numeris igitur imparibus, Christus &
mortuus est & resurrexit, sed mortuus ī quadra
to, resurrexit in cubo; mortuus ī superficie resur
rexit in corpore.

Cur Christum ī infantili etate: opor
tuī duci ī Aegyptum?

Quia ī persona Christi: oportuit ī impleri pere
grinationem patriū Abraham, Isaac, & Jacob, &
totius populi. Est em̄ persona Christi, vt substā
tia veteris testamenti: & adimplētio legis. Opor
tuī igitur hāc adimplētī ī persona Christi: que
p̄figurata fuerant, ī peregrinatiōe patrum &
populi. Nam patres natū ī terra Chanaam: abie
tunt ī Aegyptum. Filii vero diuina voluntate
ex Aegypto, ī terram patrum suorum reuersi
sunt. Christus autem natus ī terra Chanaam,
ductus est ī Aegyptum. & demū (vt volunt)
post septennium ex Aegypto ī terram Chana
am reductus.

Quopacto Christi ī Aegyptū & p
fectio & ex Aegypto reuersio: similis fu
erit patrum & peregrinationi & redu
ctionis:

Patres virgente fame, quaē erat ī terra Chana
an: peregrinati sunt ī Aegyptum. Quorum fi
lii demum visitati a deo: & reuocati ab eo, ī ter
ram patrum suorum reuersi sunt. Christus autē
virgente gladii perfēctione facta ab Herode: du
ctus est ī Aegyptum. Herode vero defuncto,
reuocatus est ab angelo, ī terram Iuda. Scriptū
est enim: Ex Aegypto vocavi filium meum. Et
rursum. Surge & accipe puerum & matrem ei⁹:
& vade ī terram Israel, defuncti sunt enim qui

G ii



Questionum

qua relant animam pueri. Quapropter & patru
& Christi similes sunt in Aegyptum profectio-
nes: virgente persecutio vel famis vel gladii &
similes iterum amborum ex Aegypto reductio-
nes: deo utroque reuocante in terram suam.

84 Cur Christus natus est: pene exactis
quattuor in eis mundi regnis: que
secundum elementa mundi surrexerunt?
Quia sicut hec quattuor mundi regna sibi in u-
cem successerunt & priora a sequentibus dico-
rata sunt: ita & regnum coeli (cuius eternus rex
Christus) post hec regna apparere debuit: ut pote
quod hec omnia regna concurrit & occupabit oculum
terram. Cum igitur regnum Christi, sit quintum
& postremum mundi regnum, quod stabit in eterno:
manifestum est quoniam rex eius nasci de-
buit in nouissimis temporibus: pene iam exactis
quattuor insignibus mundi regnis: Babylonico,
Persico, Macedonio, Rorano.

85 Cur in apice & fastigio romanii impe-
rii: natus est Christus?
A Romulo verbis conditore usque ad Augustum:
Romanum imperium velut ab imo ad summum
profecit. Fuit enim Augustus fere totius orbis mo-
narcha: & felicissimus apex romanii imperii: cui
nullus imperatorum, mundana felicitate coe-
quari potuit. Ab Augusto vero deinceps, aut de
fectio popolorum, aut imperatorum nequitia:
Romanum imperium, in occasum labi & incli-
nari coepit. In apice igitur & fastigio Romanii im-
perii: secundo & quadragesimo anno ab impera-
te Augusto, natus est Christus rex coeli. Nam
rationabile erat ut in nativitate regis celestis:
ferrum, hoc est Romanum imperium (quod in 85
sacris eius, ferro comparatur) inciperet suapte
rubigine erodi, atteri, consumiri.

86 Cur in nativitate Christi pax fuit in
uniuerso mundo & templum pacis Ro-
me corruit?

Christus rex est pacis: qui non in fortitudine aut
corporis viribus aut armis, hunc mundum vi-
cit: sed in iudicio & iusticia. Hic enim est, qui arma
& scuta ciburet igni, arcum, gladium, & bellum

Theologicarum

auseret de terra. Haud ab igitur in pacifici re-
gis nativitate: vniuersus mundus a bellis & ar-
mis siluit, prelibans futuri coelestis regni primi-
tias. Quod autem Romae templum pacis, in nativi-
tate dominii corruevit id accidit ob partum vir-
ginis: de qua predictum Romanis fuerat: non pri-
us id templum ruiturum, quod virginem peperisset. Qua-
apropter innixi oraculo Romanis: id perpetue pa-
cis templum, nuncupare ausi sunt: virginis par-
tum impossibilem iudicantes.

Cur post Christi mortem & resurre-
ctionem: idolorum oracula coticuerunt?
Infans adhuc dominus, ductus a parentibus in
Aegyptum: Aegyptioq; idola, non manu non vo-
ce aperta: sed inuisibili virtute (ut volunt non
nulli) subuertit. Postea vero reductus in terram
Israel & triginta annos factus: cum populum, fa-
lutarum predicatione imbucaret: sola voce, da mo-
nes perterrebat: & momento corporibus obse-
sorū efficiebat. Reclamantibus autem illis & quis
ipse esset indicantibus: magna virtute silentium
eis imperabat dicens. Tace obmutesc. Si igitur
ante mortem suam, dominus in similitudine carnis
peccati adhuc vivens hec operabatur: quanto ma-
gis post resurrectionem & victoriā huius mundi, vir-
tute obtinuit, edomādi omne demonū imperii.
Qui enim accepit a deo patre omnium potestate: is ab
humano genere demonū fugū excusit. Et quod pro-
diis ab hoīb; colebant: hos hūani gnis hostes ea
ppalauit. Quapropter non multo post Christi re-
surrectionem: demonū oracula, variisque responsa, q-
bus hostes eludere solebant: cūctis admirabili, per
vniuersum fere mundum siluere.

Quis est Pan magnus: deus naturæ:
qui paulo post tempora dominice passi-
onis: reuelatus est nonnullis interiuise
ac mortuus esse?

Legimus tempore Tyberii Cesarii (sub cuius imperio dominus IESVS crucis patibulū subiit)
reuelatum nonnullis nauigantibus in mediterraneo mari: Pana magnum naturæ deum iteruisse
auditamq; sub aquis, immensam spirituum ca-
teruā: eius interitū lugentium. Est autem hic ma-
gnus Pan, quem ut totius naturæ deum, gentiles



Liber. VII.

Fo. LI.

falso coluere) princeps mundi Ihuus: quē Christi mors solio deiecit & mundi exuit principatu. Verisimile quippe est non bonos angelos fuisse: qui sub aquis Christi mortem lugerent: sed Caco demones quibus habitatio est in elementis humanis mundi: qui tū recentem magni sui principis ruinā & interitū ex morte Christi illatū mustitātes sub aquis deflebat. Id em̄ pertinet ad filiū oraculorum de quibus in precedēte locuti sumus.

89 An post Christi resurrectionem: Lex translata sit in gentes?

Post resurrectionē Christi, ortū est nouū testimoniū: & diffusa Christi gratia in gentes. Hęc autē diuinę gratię in gentes diffusio: nequaq̄ est legis in gentes trāslatio. Nō em̄ gentes legē aut circūcīsionē receperunt. Lex nāq̄ & circūcīsio penes Hebreos māsere vñq̄ in hodiernā diē. Hi tamē trāslati sunt et terra sua, in terra gentiū. Insup & occubens illis deus per mortē Christi: exortus est gentibus. Non igitur lex, sed deus, ex morte Christi, dicendus est in gentes translatus.

90 Cur dictum est a diuino Paulo: hebreorum delictū salus est gentibus?

Hebreoḡ delictū est interemptio Christi. Hunc ergo quem Hebrai negantes interemerunt: deus suscitans a mortuis, manifestauit gentibus. Magis enim luxit in tenebris lux: q̄ in luce. Lux, erant Hebrei: cōuersi prius ad deū viuū, alieni a cultu dēmonū. Tenebrę vero erant gentes: delapsę ab viuū dei cognitione, ad pluriū deorū, hoc est dēmonū cultura. Fuit autē lucis delictum salus tenebrarum. Quandoquidem lux, denegata a luce tenebris illuxit: & eum receptorunt alieni, quem suū negauerunt.

91 An reppulerit de⁹: & abiecerit populum suum in eternū?

Nequaq̄, sed vt diuinus Paulus ait: donec intrauet plenitudo gentium. Conclusit enim omnia in incredulitate, vt omnium misereatur. Gētes prius erant in tenebris: & misertus est deus eam: Israel vero & ipse ad tempus sub nube manet vt postea errorum nube discussa, fiat iterum particeps lucis. Scriptum est enim. Si fuerit numerus Israel sicut arena maris: reliquię ex eo sala-

uabuntur. Non igitur in aeternū: sed ad tempus, reppulit deus populum suū.

92 An Hebraica traditio sit Christianæ religioni contraria?

Nō minus Hebraica traditio, Christianę religiō aduersatur: q̄ dispositio virtutis, habitus virtutis: aut q̄ minor numerus, maiorū nūero: aut ī mago, veritati. Nā vetus testamentū est vt dispositio virtutis: Nouum vero vt habitus. Vetus vt minor numerus: nouū vt numerus maior. Vt? vt vmbra, figura & ī mago: nouū aut vt lux, exemplar & veritas. Sicut em̄ dispositio virtutis, habitus & tēpore & ordine precedit: ita & Hebraica traditio, sub nube & pēdagogo ad vētioris vñq̄ lucis ortū homines erudiuit.

93 Cur magis a Christianis: Hebraica recipitur traditio: q̄ ab Hebrais Christiana?

Christianī Hebreorū nec legē nec circūcīsionem seruant. Prophetas tamen & legunt: & iūs tanq̄ a deo agitatatis consentiunt, Insup nec legē nec circūcīsionē vt malas aspernantur: sed se iūs, minime ad salutem indigere profitentur: meliorib⁹ & prēstantiorib⁹ sacramentis initiati. Secus tamē accidit in Hebrais qui Christianorum traditionē petosam habent: tanq̄ a spirītu erroris inuectam. iūs aut istud contingit: quēadmodum & infirmo oculo: q̄ delectatus stellarū claritate, huic solis luce (stellas obumbrantem) arbitratur esse contrariam: cum tamē inter solis & stellarum claritatē: nulla penitus contrarietas īesse dicatur.

Si Hebraica & Christiana traditio nō sibi īnuicem aduersantur: quāobrem non conspirant ī vnum?

Vtraq̄ testamenta, iuxta substantiā & naturam suū, ī vnu consipirant: & ad eius dē dei vtriusq̄ auctoritatis cognitionē & sacrū cultū, hoīes manuducūt. Non em̄ Christus, aduersarius est Mosis aut prophetarum: neq̄ sacra euangelia, Mosaicis aut prophetarum scriptis contradicunt. Si est igitur inter utrumq̄ testamētū, pugna aliqua aut disfidentia: hęc magis ex parte hominum & nientium apparens est q̄ existens ī natura & substantia scripturarum. Quemadmodum eti-

G. iii.



Questionum

nulla contrarietas est, inter solē & stellas: tñ sol & stellæ simul, eidem oculo nequaç illucet. Nā stel le in nocte, sol aut̄ interdiu conspicuus fit: quo ex orto, disparet aspectus stellarū. Dissidentia igit̄ q̄ videb̄ vtricq; testamēto inesse: magis accidit ex na tura & ignorātia hominum, q̄ ex substantia scriptura rum.

95 An Christianitas crediderit in Indais um vel Iudaismus in Christianitatē? Sicut dispositio virtutis, transit in habitū, nō aut̄ habitus in dispositionē: ita & vetus testamentū, trāsit in nouū: & impletum est, adueniēte nouo. Quocirca Iudaismus in Christianitatē credidit: nō aut̄ Christianismus in Iudaismū. Nā si quis ex seruitute, in libertatē vendicebat: haud ppterēa di cenda est libertas, trāsire in seruitutē: sed seruitus in libertatē. Exiit enim ab eo seruit⁹: & induit liber tas. Ita & quotquot ex Iudeis in Christū credide rūt: hī exuētes legis seruitutē & sub pēdagogo es se desinētes: libertatem acceperunt.

96 Est ne aliquādo futura vtriusq; testamēti concordia: & ex Hebreis & Christia nis: futurus populus unus?

Scriptū est: habeo alias oues, q̄ nō sunt ex hoc ouili. Et illas oportet me adducere: & fiet vnū ouile & unus pastor. Nā duplex est ouile Christi: quod dā naturale, quod estimāt secundū carnē in semīne Abrahæ. Id enim ouile populus est hebreorū: qui sunt naturales filii. Aliud est ouile acquisitum ex gētib⁹, morte Christi: eorū q̄ nō estimant secundū carnē in semīne, sed secundū regenerationis sp̄itu tū. Et hī filii nō naturales: sed adoptiui vocantur vtricq; igit̄ ouile (& si ad tēpus diffideat) nōnūq; vt sanctū prēdixit eloquū fiet populus unus & pa storis eiusdē. Nō enī vt prēdocūm⁹, reppulit deus populum suum in aeternū.

97 Quo sensibili iudicio coniūcere licet futurā nonnunq; vtriusq; testamēti cōcordiam?

Sensibili iudicio eorū, q̄ in missarū solenniis: a nostris sacerdotibus dum sacris artis astāt visibiliter peragunt. Nā a dextro altaris cornu, missarū solēnia inchoantes: decātata in eo vt plurimum veteris testamēti lectione, in sinistrū cornu pergūt; in

Theologicarum

quo euāgelicus sermo noui testamēti substantia; recitat. Demū vero cōfectis in altaris medio visi bīlibus sacramētis (per q̄ vt diuus Dionysius ait Christus mystice signat) in dextrū cornu relabūtur: in ea altaris parte, finē mysteriis imponētes: a qua prius inchoarant. Per hūc igit̄ nostrorū sacer dotū, in dextrum cornu regressum: placet theolo gis, designari Hebreos (q̄ secūdūm tēpus, abiecti sunt) nōnūq; a deo reuocādos: & iterū naturali oliuē a qua excisi sunt īferendos.

98 An post vtriusq; testamēti cōcordiam & populi vnitatē: Mahumetea lex stabit in mundo?

Minime. Nā hēc vtrisq; aduersa: vt pote fallax, p̄ fida, erronea, ab erroris spiritu īducta. Hebraica aut̄ & Christiana traditionis author, est idē deus: & veritatis sp̄us: q̄ prius in Mōse & prophetis lo cutus: postea cū hoībus in terris visus est: & cum eis cōuersatus, sacra noui testamēti, veridico ore profudit eloquia. Priusq; igit̄ oriat vtriusq; testamēti cōcordia & populorū cōciliatio: Mahume tea lex veritatis īnimica extermītabil, eradicabitur, īteribit. Hac enim persecuerāte: quomodo ī vniuerso mūdo, fieret popul⁹ vn⁹ & pastor vn⁹. Hanc autē prope diē ruiturā: innumera pene va ticiūa testant. Post cuius īteritū: felicior mūdi aetas, sperāda est: omnībus populis (iuxta psalmū loquū versum) cōuenientibus ī vnū vt seruiāt domino.

99 An Mahumetea lex: cōsentiat cū Hebraica & Christiana?

Consentit in parte cū vtracq; quoad litterā & carnales quasdā obseruationes. Nā & ab Hebreorū & a Christianorum scripturis: nōnulla Alcoran⁹, liber furo deprompsit: & rūsum ab hebreis, cīcuncisionē Mahumeti obseruare & suillis nō ve sci carnib⁹ & alia plēraq; didicerūt. Astipulantur etiā Christianis: credentes & vīrginē Christū pe perisse & Christum virū sanctū fuisse, quē diuinī spiritus filium vocat. Diffidet tñ lex eorū ab Hebraica & Christiana: penitus ī spiritu. Nā quid habere potest commerciū & pacis: spiritus erroris cum spiritu veritatis! Hūc igit̄ manere: illum vero tolli ac destrui oporteret,

Liber. VII.

100 Cum cœli ipi nec homini subsint nec humano subiaceat peccato cur hi tamē in fine & huius sæculi cōsummatione extremo iudicij igne vna cū elementis aſſurū predicantur?

Sensibilia quattuor elemēta: terra, aqua, aer, ignis in quibus & humanū genus & cūcta propter hominē facta vivunt: cū homini subsint, manifeste humano quoq; subfacent peccato. Dicunt enim haec humanę subiacere noxę: haud quia ipa quicq; sceleris admittat aut ab suo ordine labatur: sed quia ab humanis peccatis q; in ipis admittuntur: inquinant, fcedantur, corrūpunt. Nam si in veteri testamento legimus domorū parieres ab inhaabitantibus leprosis exulcerari atq; corrūpi: ideoq; præceptū esse Mosi ut hi parientes repurgādi corradent: quanto magis sensibilia elementa quae sunt naturalis hominum mansio: ab humanis labibus & peccatis credant vitiata, inquinata, corrupta. Hęc igit̄ nimirū extremo iudicij igne renouanda absumētur. Secus autē de coelis accidit: vt a potestate sicuti quidē celebrantur: cū tamē neq; hominibus subsint neq; humanę noxę subiaceant. Haud enī primus Adam peccauit in coelis: sed in paradiſo. Ceterorū autē hominū neq; in coelis neq; in paradiſo: sed in hui⁹ exili⁹ valle, patrata sunt scelera. Si ergo extremus fatalisq; ignis, in ea sola aget q; contaminata fuerint peccato aut pprio aut alieno: quo pacto hic coelos absument eos, p resolute: quos humanū peccatum nequaq; infecit aut vitiauit! Dicimus trib⁹ de causis: coelos ipos extremo igne corripiendos: prima Quia corporei sunt quippe soli et extenti, tanq; termini & fines toti⁹ sensibilis mundi. Omnis autē corporea substantia (præter ea tantum humana corpora q; originali labores caruerint) supremo igne aut expiabitur aut resoluetur. Secunda quia coeli subiacerunt peccato angelorū: qui ideo exturbati e celo in ima ruerunt. Peccauerunt enim angeli primi nō in elementis huius mundi neq; in paradiſo: sed in celo: in eo ve loco & gradu: in quo beatū erat futuri, si per mansissent. Quapropter de coelis scriptum est: quoniam coeli non sunt mundi in conſpectu eius. Tertia quia demum propter hominem faci sunt

Fo. LII.

cœli. Haud enim propter angelos creati & facti sunt: quandoquidem incorporeis & immaterialibus angelis: corporeæ substantiæ nihil præstant. Omnis nempe corporea substantia: corporeo homini famulari iubetur inq; homini vsum & ministerium est procreata. Quia igit̄ ratione extremis ignis, hominis corpus peccato corruptū solutus est: eadem & coelos ipos, qui sunt vt humani domiciliū visibilisq; mundi fastigia propter hominē facta) absumpturus iudicetur. Quippe vna cum homine interire oportet: quecumq; humana sunt id est propter hominem creata: ob eas itaq; quas recensuimus causas: liquet cur supremi ignis vim, coeli ipi nequaq; effugient.

FINIS.

Theologiarum quæſtionum Septimi & vltimi
libri Finis Editatum in Carolopolitana fo
litudine, Et ædibus Reuerendi in Chri
sto patris dñi Caroli de Genlis
Nouiodunensis Pontificis
Anno dñi millesimo
cccc.xii.deci⁹
magnta
Febru
arii.



Argumentum validum ad confutandos iudeos
in morositate & punitaria eorum: et diuinam
eorum transmigratorum.
in qua non est illud,


Leyimus in veteri testamento Iudeos quoniam percauerunt gratia deum in idolatria multipliciter punitos
& ad tempus parvum reuertos qdaz: & tunc postea humiliatos & ad grām receptos: ut videlicet dūm
in deserto percauerunt in vestilo nivis ad xl. annos a deo reuerti: et a terra promissionis rupi
arretenti: et tandem tunc recepti ad grām: et in terra introducti: ite du sepe in idolatria & in
alia pīta residentes iterum atq; iterum totiens in transmigratorū redacti in exiliū nū in babylonē
nū in spīria vel Caldea ad peraginta & amplius annos reuerti extra terrā suā: domini tunc hū
liati ad eandem redacti sunt: ut clare propheta David in psalmo : rogatur & patimur
publice & confitetur. Nimirum idolatria maxima pītū et immedie & contra deū est. Iudei
autem nū in transmigratorū illa diuinaria quā Romana dicitur (p. tituli & Vespasianum Ro
manos Imperatores facta consistentes: q. ad mille ingentos & circiter annos durauit & nō
firmitate adegit: interim quācum vel humiliati sunt inq; omnis mundi regionis diffūtūs subtri
buto videntes: nulla tunc recuperant a deo grām reuertendi in terra sua: segnū est cū
diffīssimū: q. percauerunt pītū ppter qd̄ heres sustinuerint maius qm̄ fuerit idolatria: et
non tunc immedie gratia deū sicutiam in persona dei ipsam: ut videlicet ostendendo Christū
verū deū & horum;

lūmīz. A. lūmīz. mūcīz. lūmīz. lūmīz. lūmīz.
lūmīz. lūmīz. lūmīz. lūmīz. lūmīz. lūmīz.



Dialogus. I. Fo. LIII.

CAROLI BOVILLI SAMAROBRINI DIALOGI DVO DE TRINI
tate: Christiano & Iudeo disceptantibus Ad Eximium Philosophum Jacobum Fa
brum, Rectarum Litterarum Decus.



OMAE, Anno millesimo quingentesimo septimo,
paulo anteq̄ in familia regiorum oratorū Gal-
lie ad pontificiā sanctitatem in urbem aduētasse;
dominica quadam die, post meridiē, prētereun-
ti mihi, cum nonnullis solatii causa, Iudaicū vi-
cum; obuius fuit Bonetus de Latis Hebreus me-
dicus, author eius libelli, qui de annulo inscribi-
tur: qui & dudum tua cura, vna cum libro de
sphera prodidit in lucem. Hunc etsi facie nō noue-
ram; auditio tamen ab uno coambulatiū amī-
corum, esse Bonetum: salutauī: cupiēs ab eo ma-
teriale illū annulum videre: quem suo li-
bello inscripsit, eo īgenio, ea īdustria & arte,
fabrefactum: ut q̄q̄ dīgito gestatilis sit, nō pau-
ciora tamen ex illo, q̄ ex astrolabio: circa sydera valeant deprehendi. Subiunxit ille, annulū
se domi habere. A qua cū non procul versaremur, in illā vidēdi annuli gratia, vna cū eo p-
perauimus. Deprompto vero ille e sc̄riptis annulo; voti nos cōpotes fecit. At postq̄ & ocul-
los annulo pauiimus; & multi vltro citroq; amborum nostrum fluxere sermones: orta tan-
dem inter nos est, de religionum varietate cōtrouersia. Suos quisq; tit⁹, vt melius poterat,
efferebat. Multa illi ex sacris eloquīs, pro virib; obieci: prēcipue e veteri testamento. No-
uerā em̄ Hebraicā auem, haud CHRISTIANO laqueo; sed pprīo, parī & cōsentaneo au-
cupandam: quandoquidē ad euangelica verba & apostolicas sententias, indignabundas
aures Hebrei soleant occcludere. Et quia nostrę disceptationi non interfūsti (nō dum enim
adueneras) sed habitā fuissē, etiam Romę audiuisti; at te non pruenissē et non interfūsse
plane dolebas: ideo scriptam ad te mittō, iam ccepta prosequēs. Igītū, cum sentirem ex no-
ua lege me virū reuinere non posse: ex veteri testamento & prophetarum scripturis (qua-
tam ab Hebreis, q̄ a CHRISTIANIS; cōmuni fide lectitantur) eius mentē, pauxillum ad
nostra allice facere studebam. Disceptatiunculę tamen nostrę labor; in fumum cessit. Protē-
sis enim ille tandem sursum palmis, cōplosisq; in coelū manibus; ad solita Hebreorū arma cō-
fugit, in hēc verba protūpens. Propitius sit mihi deus: non est mihi vtile, relinquere legem
patrum meorum. Et hēc īsuper adiecit: Credimus nos Hebrei tantū vnlū dei esse; autho-
rem cōeli & terrę, vniuersorū conditorem. Nos vero propter patrum nostrorum transgres-
siones, in felici quod cernis exilio, ad tempus relegatos: vt patrię extortes, in terra aliena: si-
ne rege, sine lege, & sacerdote: sub tributo conuersemur. His ille dictis, ad me reuersus, ait.
Est mihi filius intus; annū agēs secundū supra trigesimū. Ne ergo (oro te) hīnc prius absce-
deq; illum salutaueris. Nā non mediocriter eruditum repeties: vt qui asſidue philosopho-
rum libros euoluat. Acquieūmus illi, ascendentēsq; in superiorem locum; filiū, qualem pa-
ter prēdixerat offendimus: totum in librīs, litterario ocio īcumbentem. Locus ille, synago-
ga etat. In qua nihil prēter velo obiectum & imperium altare, libros, lampades & sacerdo-
tum vestimenta conspeximus. Cauentur enim Hebrei ex antiquo legis instituto; ne figu-
ris, imaginibus, picturis, sculpturis yeyllis, īcircunscriptibilem dei, exprimere moliant.

H

Solita he
breorum
subterfu
gia,

De Trinitate.

In hoc sit a Gentilibus disconuenientes: q; quæcunq; sensus mouent; idola sunt & vanæ fuitilesq; admirationes. quæ vero sensuum organa subterfugiunt ac latent, mentis q; secessus poscunt: ad vnu excellēter pulchrū & summe bonum contemplandū pertinent. Quapropter aut nudi sunt illis, synagogę parietes: aut duntaxat p̄ctis arbusculis variisq; floribus adornātur. Sedimus ergo cuncti iuxta illum: primiq; nostri sermones, haud quaq; vt prius de varietate rituum: sed de philosophia fuere. Erat enim in Aristotelicis libris, ap̄ prime erudit us Disceptatio tandem nostra, eo interrogatiōnis producta est. An poslit ex Publicis veterum Philosophorum libris, colligī & promi, tantum vnum deum esse? immensum simus ex increatū, eternū, omnīum creatorem: ita vt pluralitas excludatur deorum: qui publicator genti, cissimus est priscorum gentilium error. Sciebam enim non minus Hebreis, q; Christianis, lūm. perosam esse pluralitatem deorum. Annuit illico Iudeus, q; plurimos ex naturaliū tenū Socrates scientia, summi alicuius entis omnībus dominatis, perspectam monadem habuissc. & plu Aristote rium deorum cultum execratos, maluissē quosdam, aut cicutam bibere, aut in vltroneum les.

exilium proficiisci: q; semel agnītam vnitatem inficiari. Ego vero vltreius interrogata pro seclusus, rursus percunctati illum coepi: possit ne etiam ex Philosophorum naturalisq; scientiae libris, diuinæ substantiæ personalis trinitas deprehendi. Ad hunc modum vt (occultius pluralitate deorum exclusa) viri illi diuinæ agnītē vnitatis cultores, sub mysteriis & quibusdam velamentis, vnius illius dei (cuius veram tandem noticiam ex naturali scientia assequi potuerū) personalem texuerint trinitatem. IVDAEV S vero ad hæc indignabundus respondit, Omnes, o Christiani, sapientes illi viri, curam eorum que nō sunt, postposuere. Sufficiebat enim illis, scientiam eorum quae sunt tradidisse. Porro si deum trinum esse nihil est, præter recordem Christianorum errorem: miror plurimum cur nunc a me scisciteris, an queat diuinæ vnitritatis scientia, in Philosophorum libris repetiri. Dixi autem illi, Sane profecto subintulisti, arduum illud diuinæ trinitatis mysterium (quod sola Christiana nostra religio, pie veneratur & colit) nullis quod norim antiquorū, per mundanę naturalisq; scientiæ vires innotuisse: neq; altam illam sublimemq; & omnis ingenii captum, excellentem veritatem, posse subducī ex libris eorum. Cæterum hoc vnu adhuc ex te audire cupio: an naturalis scientia absq; huiusmodi tam ardui mysteii agnitione queat esse perfecta. Et IVDAEV S: perfecta inquit est: nec ignoratio eius quod non est, illam arguere potest imperfectam. Aio vero ad eum rursus, si præter scientiam sacri eiusce mysterii, perfecta est mundana sapientia: hæc errorem nullum, non commodissime deutabit. IVDAEV S. Nullum. Et ego, Quid si ego leui argumento, non nihil erroris & grauis incōmodi, mūdanæ huic sapientiæ obiiciā: qd nulla humani ingenii efficacia, absq; diuinæ trinitatis psidio profigare valeat? IVDAEV S. Impossibile reor esse qd dicis, CHRISTIANVS. Quod priscis viris impossibile fuit: nobis Christianis, ex induiti desuper minimis præsidio: id ostendere in promptu est. Nobis enim id opis & præclarę facultatis trubuit, sacratissima lux fidei: per quam in cunctis rebus creatis, mira & aperta nouimus relucere creatoris vestigia: e quibus in arcānam ipsius creatoris cognitionem strato: ac tutissimo calle subuehamur. Cæterum quia re potius q; verbis, tecum agere opus est: expendere tibi iam volo, quod pollicitus sum: ac naturali ratione eo te perducere: vt sine confessione propositi mysterii (diuinæ inq; trinitatis) illatum obiectumq; errorem, omni arte nequeas profigare. Nostri ex Aristotele, duplex esse demōstrationis genus. Alia quippe est demōstratio ostensiua: alia ad impossibile, illa opinantes solum ac dubios, in scientiā pducit. Hec vero negates, q; recta & verissima sunt: dū in manifeste impossibiliū cōpedes illos, inducit: sis tandem q; prius negauerāt assentiti cogit. Quandoquidem igit̄ diuinæ trinitatis arcānam

Demon
stratiōis
duplex
genus.

Dialogus. I.

Fo. LIII.

Scientiam, summa openiteris excludere: necesse erit tecum ea demonstratione ut quae ad manifestum & cunctis cognitum impossibile perducat. Esto igitur (ut vis) de interno creat personari discrimine, IVDAEV. Quod verum est, esto, CHRISTIANVS. Qui in ternum a deo numerū tollit: propriā quoque mysticā actionem, ab illo subtrahat oportet, IVDAEV. Edissere prius quā sit p̄pria huiusmodi ac mystica dei operatio, CHRISTIANVS.

nota

Arcana ac p̄pria dei actio est quē diuinę substatię haud quaq̄ limites excedit: queye a deo Quae sit initiu habens: profecta per deum, in deo s̄sistitur, Eiusce eterni actionis initiu deus est: mediū archana deus: finis quoque deus. Hac potitus actione deus nihil extra seipsum profert: sed naturales dei actio, in seipso gyros agens, soli sibi ipsi adest: atq̄ intra seipsum ineffabili modo conuertitur. An putas vsq; adeo imperfecta esse diuinā substantiam, vt nullas intra se motiones habeat, vt veniū nihil extra seipsum agere patet? IVDAEV. Quomodo diuinā substantia, quicq; intra se agere possit? CHRISTIANVS. Si creaturę dei vt hominī, geminas operationes tridu buimus. Aliam internam, qua sibi ipsi unusquisque homo mente adest. Aliam exteram, qua minis o- haud quaq̄ sibi, sed alteri hominī congreditur: cur minus diuinam omnium creatricē sub=stantiam, binis operationibus non locupletabimus? Alia naturali, arcana propria. Alia ex- teriore: quē creaturaq; origo est & causa, IVDAEV. Perge de his actionib; certiora quē dam & euidentiora in medium adducere, CHRISTIANVS. Propria dei actio, persimilis Analogia est interne hominī actioni: quae est mentis in seipsum conuersione. Mentis siquidem conceptio, hūa format effingitq; homo omnis ad semetipsum. Sunt enim ei soli peruenientius meus natū actū insunt: nec vñq; arcana illa abditaq; mentis operatio, extra animi fines protendit. Ipsa onum, siquidem inuisibilis notio & a mente profertur, & in mente, quaterna perseverat. Qz si eadem mens, inuisibilem huiusmodi notionem quam multo antea cōcepit, voce deinceps alii mēti exprefserit: hæc vocalis ipsius notionis expressio, ab eadem mente haud necessarie, sed sponte ac voluntarie patratur. Et neq; rursum ad seipsum, sed ad exteram mentem, hac extera & voluntaria actio, suas notiones insinuare gaudet. Cupit enim benigne alteram mentem eorum esse participem notionum, quibus ipsa arcane & inuisibiliter prior illustratur. IVDAEV. Plane intelligo has actiones humanę menti nequaq; deesse: sed quid hæc ad diuinam substantiam? CHRISTIANVS. Emergendum tibi est ex hac humanarum actionum dyade, ad paria diuinę exemplarib; mentis internoscenda officia. Audit̄ extera humanę mentis operationem (hoc est vocalem inuisibilis notionis designiantiam), ab interiore alia & antiquiore eiusdem mentis functione (qua sibi soli affuit) nulla necessitate, sed voluntarie duxisse originem. Intellige & pari Analogia extetrum diuinę mentis actū: hoc est creationem vniuersi, ab alio arcano longe antiquiore, immo vero aeterno eiusdem mentis actu, quo sibi ipsi soli ea mens iugiter affuit: sola eiusdem mentis voluntate processisse. Resolute extera quę p; in intima sensibilia, in intelligibilia, rectam lineam, in circulum, Est em̄ recta linea, curuę explicatio. Hoc pacto ad arcana dei operationem, extime opera tionis indicio, congrue dinoſcendam subueheris, IVDAEV. Hanc arcana functionē, deo aliquando affuisse aut adesse, nondum persuasam habeo: immo vero hanc actionem teor potius esse nullam, CHRISTIANVS. In promptu igitur est, vt horum alterum in commodorum incurras: vt aut fuerit ab aeterno deus ociosus, aut vt mundus, vel saltem pars aliqua mundi velut materia, fuerit deo coetera: quę duo, haud secus a vobis ludatis, q; a nobis Christianis, pro impossibilibus & summis incommodis habentur. CQz enim absolum sit deum, infinitis illis saculis ante creationem mundi, in seipso feriatum hinc liquet? Qz quicquid est, presertim est, vt sit eius operatio. Nam nihil in rerum natura, actio

Assurre
ctio.

Incōmo
dorū
illatio,

H u



De Trinitate

ne preclarus, Actio enim, ysis & operatio finis est omnis naturalis & supernaturalis substa-
Confuta stantiae, Si ergo omnis creatura, ex natura sua ociositatem propulsat, cupiens in actu esse
tio pri- ac proprio defungi officio, quis ignava occia deo impingere audebit? quis eum qui cunctis
mi incō- creaturis suas ipsarum functiones instituit, proprio actu ab aeterno spoliabit? Si omnis crea-
modi. tura simul atque facta est, mox ad actum & naturale suum institutum properat, ita ut nolit esse

& non esse in actu aliquo, quis deum affluerabat suisse quidem ab aeterno, sed sopitum in se
ipso, omni actione tam interna quam externa destitutum? Esse enim & agere in deo conuertitur,
Esse autem dei aeternum, quare & agere aeternum, Hac de primo incommodo seu di-

Confuta uina ociositate, dixisse sufficiat. Quantum vero sit reliquum incommodum, deo alia
tio secū, quid suisse coeternum hinc pendere licet? quod deum continget non esse vniuersorum con-
di incō- ditorem, Nam cur obsecro Philosophi afferant, nullam humanem menti innatam esse scien-
modi. tiam nisi quod mens humana cunctarum sit suarum notionum opifex? omni quam habet no-
tione, natura ac duratione antiquior? Si enim ylla inuisibilis notio, humanem menti natura-
liter insita dicatur, haud poterit humana mens, eius esse opifex notionis, quae illi coqua, in-
nata & secundum naturam insita dicetur. Ita etsi quid deo fateberis esse coeternum, dicas
oportet non esse deum, eiusce entis opificem, Eset enim id ens aequale deo, ut pote duratio
ne eternum: substantia immensum, Nam cuius aeterna duratio, huius & substantia inter-
mina esse declarat, cum nequeat finiter substantie, utriusque infinita esse duratio, Et qua propor-
tione se habebit ad humanam mentem ea notio, quem naturaliter illi insita dicetur, pari pro-
fectio se habebit ad deum id ens, quod illi dixeris esse coeternum. IVDAEVVS. Neque deum
quandoque ociosum suisse sentio, neque quicquam illi suisse coeternum. CHRISTIANVS.

Sublato interno dei numero, necesse est ut tibi contingat, quod Aristoteli & aliis plerisque
qui primi incommodi scyllam deuictari, in secundi carybdim inciderunt. Nolens enim fa-
Aristote teri Aristoteles, deum nonnunquam feriatum mundum illi duratione exequauit, Tantus vir
lis de mi- minime perpendit pugnare hec duo inter se: mundum deo esse coquum: & tamen dei op-
do lapsi- ficium, Hac etenim reuera pugnant adiuicem, aliquid factum esse a deo: & coeternum esse
Aliorū deo.
lapsus. Alii vero non vniuersum mundum, sed solam materiem dixerunt, primum uitaturum in-
commodum) deo coeternam, ut circa iugiter presentem materiem essentiam diuina tota
versaretur actio, Sed nihil profectoque hec arbitrari in celius, quod quoquidem deus pater
eo palam arguitur imperfectus, ut pote qui intra se ipsum non habet, in quo agat, quicquam ex-
terioris entis (ne ociosus sit) indigus esse probatur, Si enim intra se nihil agit deus, omnis
etus actio peregrina, Nam initium habens a diuina substantia, in exterum aliquod incon-
substiale ens, sepe fundet, Et quem profecta est a diuino principio, in diuersum finem pro-
gredietur, In hac enim diuina actione, erit alia substantia profectens, & alia quem proficeretur,
Magna autem impotentia id argumentum, haud posse ens aliquod precipue diuinum,
sibi ipsi esse obuium, sive capax actionis, Nam ens quod sibi ipsi obuium non est, id nec pro-
priam actionem excipere potest, sed omnem sui actum, extra se ipsum, in exterum aliquod
ens traducit, Qui vero deum infinite potentem esse contendit (quod & vos ludicri fatemini)
illum ea omnia & infinites plura posse non abiuit, quem humanem menti possibilia dictu-
tur, Atque humana mens, & sibi ipsi occurrit, & propriam actionem capescit, dum eas no-
tiones, quas arcano opificio molitur, in propriis continet scrinia, Illas gignit, illas excipit,
earum fons est, earundem quoque finis, ut pote quas extra se ipsam, haud quaquam abire patitur.
Affurre, sed in proprias substantias vasculo condit, Quod ergo in imagine & accidente, ab huma-
rectio ite na mente perficitur, quopacto non videt diuinæ & archetypæ menti in veritate, in sub-

Dialogus. I.

Fo. LV.

stantia, in exemplari causa ab aeterno inhaessisse. illamque fugiter sibi occurrisse, fuisse sui partem ex hanc ticipem, sui conscientiam, seipsum speculatam, proprię substantialisque notionis & opificem et manu scrinum. ita ut ab aeterno & propriam notionem pepererit, & eandem in suometipsius sub mente, stantie limitibus exceperit, clauerit, coercuerit. **C**Agnosce ergo ex his quantum a veritate deuier secundi incommodo assertio deo quicque fuisse coeternum, quandoquidem non erit deus omnium opifex, neque infinite potens, ut qui neque in seipso, poterit quicque, neque extra se ipsum poterit omnia. Qui enim internam illius actionem tollit, dicit illum in seipso nihil posse. Qui vero non nihil illi astruit coeternum, statuit illum extra se non posse omnia. Hoc est non esse illius entis authorem, cui parem deo tribuit in aeternitate mansionem. Ut ergo ea duo que adduximus, sufficidas incommoda, necesse est ad veritatem primi nostri propo- Recurriti recurras, deum in quo vnum esse atque trinum, Vnum quidem substancialia, trinum personis. sus ad p- id est diuinam totam substancialia, preter diuisionem suis trium fecunditate personarum discrete positi ve tam. Nam preter hunc diuinum arcanum numerum, internam naturalemve dei actionem ritatem, mundi creatione, infinito quo antiquorem, saluare nequeas, IVDAEVS. Et si internam illam actionem, deo ab aeterno afferuisse confitebor, nondum tam satis video quo pacto metu rationes: arcanum dei numerum diuinumque totius substantiae trinitatem fateri perurgeant, CHRISTIANVS. Proximus est diuinum internum actioni, diuinus hic arcanus numerus, quem tibi persuadere conor? Adinuicem enim conuertuntur: eandemque veritatem & credulitatem habent: adeo, ut qui unius exhibet fidem, exhibeat & alterius, & qui unius insciatur, & alterum eum denegare oporteat. Quia tamen clarior & magis in proposito est (ob ea que sequuntur incommoda) diuina interior actio, quam diuinus arcanus numerus: ideo non ex hoc, illam, sed hunc, ex illa elicere tibi persuadere nolis sum, IVDAEVS. Quomodo persuades edisserito? Nam non usquequam intelligo, cur propria & interna entis alicuius actionis sit eiusdem entis multiplicatio, CHRISTIANVS. Neque ego internam diuinum entis actionem, dico illius esse multiplicitatem, aut ut vis multiplicationem? Nam alicuius entis multiplicitas aut multiplicatio, est eius substancialis dictionis & in plura entia diuisio. Diuina autem substancialia omnino impers & individualia, quae propria internave actio nec diuidit, nec in plura dispartit entia. Diuinusque internus numerus, nec est dei multiplicitas aut multiplicatio, hec diuinum substancialia diuisio, IVDAEVS. Age ergo explicata hunc diuinum numerus, quod liter ex interna dei actione eliciatur. CHRISTIANVS. Cuiusvis actionis opus est, ut sit fons aliquis finis item aliquis, aliquod quoque medium. Nam ab extremo in extremum, per medium, omnis pertransit, progreditur ac deriuatur actio. Et ideo propinquia & cognata omni actioni sunt hec tria: principium, medium, finis, ut nullo ferme pacto absq; his tribus, ratio concipi queat actionis. Cum enim actio sit ab aliquo alicuius prolatione, necesse est ut profertur, non sit id quod profertur. Nam proferens, fons est & principium actionis? Quod vero profertur, finis est eiusdem. At amborum medium, eorum nodus est & vinculum, quod equis, ad utramque extrema habere, & una, ab ambobus produci reperitur. Et quia propria qua de intendimus dei actio, est interna eius operatio, per hanc in nullo ente, aut circa nullum ens agit deus, sed in seipso solo & circa seipsum. Si enim per hanc in ente alio, aut circa aliud ens ageret deus, hec actio extera esset, peregrina, deo inconsuetualis, qualis mundi creatio. Cum ergo naturalis & eterna dei operatio, ortum habeat in diuina substancialia, procedatque per eandem substancialiam & finiatur in illa eadem, necesse est huius operationis & extrema & medium, diuinum inesse substancialia. Non enim ea operatio, ortum habet extra diuinam substancialiam, neque procedit extra illam, neque terminatur extra eandem. Nam cum

Trinitas
non est
dei mul-
tiplici-
tas.

Omnis
actio in
trinitate
Prolatio
profrens;
agens.

De Trinitate.

Eis terminis ut principio, medio, fine: nusquam ab illa excedit. sed in ea sola, in modo conclusa: inchoat, progreditur, sistitur. Hac itaque diuina actio deum ipsum, et si in plura entia non dividit aut non multiplicat, tamē eundem, personaliter distinguit, numerat, discerit. Quapropter illū ex ipsius actionis officio & natura concludimus esse absque sui divisione trinum. Nam diuinæ actionis fontem atque initium nullius esse finem, haud quaque confitemur. Neque diuinæ actionis extrema: cum eiusdem actionis medio conuerti, coincidere, confundi: assueveramus. Sunt enim & extrema ab inuicem, & extrema a medio: sine totius divisione, veraciter distincta, re excepta, personaliterque discreta. Cuncta tamen hæc tria, id est & ambo extrema & medium, sunt unica substantia diuinaliter interior & naturali actione sui, in tribus personis concinniter expressa. Haud enim propria alicuius actio, est eius entis substantialis divisionis, sed personalis distinctio in principium, medium, & finem. In eadem enim substantia discernitur fons operationis a fine. Et rursus fons & finis, a medio. Hinc enim pender quod clarissimi principii & precipue cuiusdam dignitatis vim habet? omne ens cuius substantia confusa, simplex, indistincta, & inordinata fuerit? in seipso agere non posse. Elio rursus ut quicquid agere intra se potest? agere & extra seipsum queat. Haud tamen contra quicquid agere sufficit extra se agere posse intra seipsum. Nam imperfectæ substanciales formæ agere quidem extra se possunt, ut in subiecta materialiter intra se autem non possunt: utpote simplices, confusæ, indiscretæ. Tres enim sunt substanciales actus indistincti, quibus intra se agendi, adempta facultas est. Substantiūs, Vegetatiūs, Sensitiūs. quippe quorum omnis actio excutanea suscepta in peregrina substâria, ut in materiali subiecto, Substantiūm enim actum idem volumus ac essentialē, a quo quicquid habet esse, elementa, lapides metallū, Vegetatiūm eundem esse ac vitalē, a quo quicquid dicitur vivere, quod consequuntur nutriti, augescere, minui, & quandoque simile procreare: ut reperitur in stirpibus ac plantis & herbis omnibus. Sensitiūm eundem ac tactiūm, a quo quicquid dicatur tangere: habetque calidi, frigidi, siccī, & humidi ac similiū cognitiones, quam & alie sequuntur sensibilium rerum discretiones: quales reperiuntur in brutis omnibus. Sunt etiā tres, aliū substanciales actus, intra se fecundi, distincti, discreti: qui interna actione predicti, compotes sui fiunt: humanus, angelicus, diuinus. Omne siquidem substancialium genus, cum septipartito diductum sit: aut materies est, aut substantiūs siue mineralis actus, aut vitalis aut sensitius, aut rationalis, aut angelicus, aut diuinus. Hoc enim pacto septenis diebus quibus a Mōse, vestro legislatore condita a deo uniuersa promulgantur: septima entium vides respondere genera. Nam quemadmodum sex diebus (Prima etenim die sunt angelici creati. Materia autem secundam diem sibi accommodat. Essentia est ut dies tertia. Vita: quartæ diei perpetratæ retinet. Quintam sensus enumerat, discernit insinuat. Sexta vero humana ratio comitat. Septima denique dei sanctitudini conferit ac dicatur) creatæ & perfectæ sunt uniuersa, septima vero nihil creati: ita sunt creatæ substancialiter sex genera. Superest vero unica diuina substâria increata, septimæ diei comparanda. Hac perpende olude: si aut naturali rerum scientiæ, aut legis vestre sanctionibus aduersentur! IUDABVS. Minime aduersantur. Quinimum hanc septenarum substancialium, ad numerum septem primordialium dierum miram congruentiam: non inuitus audiui, simul item probe intellexi sex esse creatarum substancialium genera: sensis minus præcipuis diebus, quibus operari licet: conferenda. Septimæ vero ac principianti diei, quam nos requiri fabbatiūs nuncupam: diuinā increata substâria respondere. CHRISTIANVVS. Ita hec se habet. Sed unū rursus abs te percūctor: cur materia, quæ extrema substancialiter est, litemque entium vestrum

Clarissima
ma dia-
gnitas.

Tres
actus in-
distincti.
Tres
actus di-
stincti.

V. De Trinitate.



Dialogus. I.

Fo. LVI.

gium creauerit deus: an propter seipsum, an propter reliquias substantias, quas vocamus **Cur actus?** IVDAEV. Arbitror materiam haud propter seipsum, sed propter actus esse creatam: ut pote quae simplex potest: ad nihil aliud, quam ad patientem nata. **CHRISTIANVS.** Sed cum omnem reliquam substantiam praeter materiam actum esse dixerimus: edissere praeter quos actus, praeceps facta sit materies: an propter omnes, an propter aliquos tantum? IVDAEV. Haud propter omnes: sed propter eos tantum, a quibus ipsa nata est pati. **CHRISTIANVS.** Quis sunt actus illi, a quibus nata est pati materies: siue quorum actio, excipienda est in materia? IVDAEV. Hi sunt qui naturaliter in materia resident: quicq; naturali coniugio ac vinculo, ipsi materiei agglutinantur: haud aliter natu esse salutari atque permanere quam in materia. **CHRISTIANVS.** Qui illi sunt? IVDAEV. Hi sunt substantius, vitalis, sensitivus: & ex parte (vt arbitror) humanus. **CHRISTIANVS.** Probe sentis: nec longe es a nonnullorum Philosophorum sententia: quibus humani animi perpes essentia & immortalis status innotuit. Hi enim dixerunt, omnem humana mentem inferiorem actum interitu esse obnoxium. Omnen vero mentem, eadem humana mente sublimior esse ex toto immortalem. Humanu vero animum, quoquopacto utriusque naturae esse partipem. Nam collatione corporis, a quo abiungit possit: morti esse obnoxium, animus. Per se vero, iuxta propriam sui substantiam: immortalem. Sed quos actus prestantiores esse arbitratis: an addictos materiei, propter quos diximus factam esse materiam: an separatos a materia, propter quos materia facta non est? IVDAEV. Eos existimo potiores esse, quibus nullum cum materia commerci: vt diuinum, angelicum & ex parte humanum. Reliquos vero qui absque materia subsistere saluari & esse nequant: vt Seleniu Vitalis & Substantiu: arbitror minus perfectos. **CHRISTIANVS.** Possunt ne imperfecti illi actus qui humano subsunt, perfecti abiungit a materia & abiuncti ita permanere: quemadmodum natura diuinus & angelicus & humanus post mortem? IVDAEV. Non possunt. **CHRISTIANVS.** Quoniam. **IVDAEV.** Quia nihil potest in rerum natura esse ociosum. Omnis autem actus humano inferior actu: vim nullam habet, qua quicq; agat extra materiam. Omnis enim vis & facultas ipsius: nata est exerceri & agere in materia sola. Si igitur illi actus seorsum a materia sumerentur: mox spoliati omnium actione, perseueraret ociosi. **CHRISTIANVS.** Huiusmodi itaque actus: aut sunt in materia, aut omnino non sunt. IVDAEV. Ita est. **CHRISTIANVS.** Illi ergo cum tolluntur a materia: illuc esse desinunt. IVDAEV. Desinunt. **CHRISTIANVS.** Sunt igitur ex toto mortales, & a proprio esse decidui. IVDAEV. Sunt. **CHRISTIANVS.** Humanum vero actum, cur dicimus natura coiunctum materiei: & tandem separabilem a materia? Non ideo natura addictus est & alligatus materiei quia vires habet nonnullas, quas nisi in materiali organo exercere potest: vt essentiale, vitale & sensitivam? Et rursus ideo separabilis est a materiei consortio: quia excellentia re aliqua vi, vt rationali siue intellectuali predictus est: per quam sublimum more angelorum, diuinarum particeps est imitationum arcanarum & illustrationum copos: nihil agens aut excipiens in materia: sed duntaxat in propria & spirituali essentia? IVDAEV. Hec ita se habere puto. **CHRISTIANVS.** Humanus ergo actus, sublatu[m] e materia gremio: cum queat non esse ociosus: (Nam vim retinet principiam agendi in seipso) haud oportet ut illico: sicut ceteri, intereat. IVDAEV. Haud oportet: quin immo abiunctus a materia, in toto sui esse, manet saluaturque illius substantia. **CHRISTIANVS.** Vides igitur per solius internae actionis efficaciam humani animi colligi, astrui, inferri, immortalitatem: cum id est sit: ociosum, inane, irritumque esse: & omnino non esse. Similiter & idem sit, esse simpliciter.

H lvi



De Trinitate

ter & aliquid agere: aut saltē vīm retinere quicq̄ agendi. IVDAEV. Video: & ex his mihi iam liquidius animi immortalitatem persuadeo. quādoquidem frustra id sit: quod nihil agit. Insuper & perseuerare in esse, oporteat eos actus: quos nulla transmutatio p̄ priis actionibus deſtituere, p̄fūare, & spoliare potest. Hi siquidem tanq̄ aut semper aliquid agentes, aut agere potentes: nunq̄ casī superuacanei & ociosi erunt; p̄eclarām suę & uiternitatis & fugis permanentię cauam, in ſcīpſis habentes. CHRISTIANVS. Nunquid etiam putas veriorem esse ac potiorem eam humani actus actionem, quam habet extra materiam in proprio promptuario vel vt sic dicam in proprio ſcrinio: ea quā exercere nequit, niſi in corpore! IVDAEV. Sicut vīs animę intellectua natura potior est in ſerioribus eius viri b^o ſenſitiua videlicet vegetatiua, eſſentiali: ita & operationem animi intellectualem, duco longe p̄eſtantiorē magisq; ipſi animo cognatam atq; accommodam operationibus in ſeriorum virium, quas materia ſuſcipit. Quanto enim aliquid longius abeft a materia: tanto id cenceo eſſe p̄eclarātius. CHRISTIANVS. Hac etiam de cauſa actus separati aut ſeparabiles a materia vt diuinus, angelicus, humanus: p̄eclariores ac p̄eſtantiores iudicantur, actibus a materia inseparabilibus, vt ſenſitivo, vegetativo, eſſentiali. Hi nempe inseparabiles a materia vocantur: non q; omnino ab ea auelli nequeant: ſed q; ſimul atq; ab ea diſiunguntur ſeparantur: q; conſelitum velut ociosi & omni actione ſpoliat tollant ē medio, defiſant ſubſttere, abeant in nihilum. Quomodo enim quicq̄ ſubſttere poſſet quod temere, fruſtratq; eſſet, atq; ociosum. IVDAEV. Id nequaq̄ ſubſttere poſſe, facile conſerſim. CHRISTIANVS. Omnium id conſensus eſt. Porro diuinus & angelicus actus, natura ſe parati dicuntur: vt pote qui nullum materiei experiuntur coniugium. Humanus vero, natura quidem addictus eſt materiei, ſeparabilis tamen ab illa vocatur: quia poſt abiunctionē ſui, permanet in eſſe ſaluu: intellectualiſ actionis officium, ſiue in corpore, ſiue extra corpus nunq̄ intermittere. Sed quia prius diximus omnem actum qui poſteſt agere in ſcīpſo, poſſe agere extra ſcīpſum. Non autem omnem qui extra ſe agere poſteſt, poſſe intra ſemet ſcīpſum agere: ſcīſcitor rurſum ab te. An duo ſupremi actus natura separati diuinus & angelicus: vīlā habent in materia aut circa materiam actionem! CHRISTIANVS. Diximus tres in ſeriores actus: ſenſituum, vegetatiuum & eſſentialē: ideo a materia inseparabiles eſſe atq; interitui obnoxios, quia intra ſe agere nequeant. ſed ſolum extra ſe hoc eſt in materia: agere natū ſint. Eſt enim materia non eiusdem ſubſtantia: cum ipſis actibus: ſed ſubſtantia altera, penitus ab actu diuersa: naturali tamen vínculo actibus ſociata. Et hac de cauſa Agere in actum agere in materia: eſt eundem actum foriſecus ſiue extra ſe agere. Pro iſiſdem quip; materia peſumuntur, agere extra ſe: & agere in materia. Similiter & pro iſiſdem: agere in ſcīpſo & agere extra materia. Supremi autem tres actus: diuinus, angelicus, humanus: cum queant agere in ſcīpſis: hoc eſt extra materia: arguimus etiam eos poſſe extra ſe, id eſt in materia agere. Nam cuicunq; adeſt poſſe intra ſe agere: adeſt & eidē, extra ſe agere poſſe. Nulli ſiquidem entium facultas adeſt internę operationis: cui non adſit exterioris operationis potentia. IVDAEV. Si deum & angelum contendis agere poſſe in materia: eadē ratione diuinum & angelicum actum, elicies natos in materia ſubſttere, acta ppter eosdem: q; ob in ſeriores quattuor actus: factā materiam, CHRISTIANUS. Absit vt diuinū & angelicum

actum natura separatos: fatear coniugium habere cum materia: dico tamen illos, cum pos-
sint extra materiam agere: etiam posse agere in materia: non tamen eo modo quo humanus Diuinus
aut ceteri inferiores actus. Nam humanus actus ceteris quibus illi subsuntur: haud agunt in ma- & angeli
teria, nisi eidem materia tantum verae naturalesque eius formae adalligentur. Subest enim illis actus
materia ut naturale subiectum: illos comprehendit, ut natuum eorum domicilium. IV agere pos-
DAEVS. Quomodo ergo diuinus & angelicus actus: agunt in materia? CHRISTIA- sunt in ma-
NVS. Agunt tantum liberae & absolutae formae: haud quaque gremio materiae inherentes, aut teria,
naturalibus vinculis illis connexae: quemadmodum etiam caelestis intelligentia: perpetes
celestium globorum gyros, quibus non coactetur: agitare & volvere praedicatur. IV
DAEVS. Quandoquidem deum & angelum posse in materia agere contendis: denarra
vel vnam aliquam, eorum in materia operationem. CHRISTIANVS. Diuinus imprimitus
actus, materiae substantiam dedit: illamque de nihilo ad esse produxit. Attamen illa non
est, quam recensere velim dei circa materiam actionem: aliam enim in medium productus
sum. Substantiales formae quarum naturalis mansio in materia ut substantium, viventi-
um, sensibilium & rationalium: a quo putas actu, ipsi materiae primitus induitur: nonne
ab actu diuino: omnium primo, in creato, summe libero, absoluto, cunctorum actuum &
materiae ipsius opifice? IV DAEVS. A nullo alio, quam a diuino. CHRISTIANVS. Huius
modi ergo sensibilium actuum in materia productio: manifesta est diuini actus circa mate-
riam actionem. Si enim unusquisque inferiorum actuum, in propria agere materia dicitur: dum
varia in ea profert accidentia, ad suuipsius aut ad totius salutem opportuna & necessaria:
cur diuina omnium absolutissima forma, per substantialium formarum in materia produc-
tionem: minus in eadem materia agere dicetur: Verum enim uero ipsa longe praestantius,
cunctis peculiaribus formis agere dicenda: quandoquidem peculiarium formarum, in sub-
iecta materia actionem: est solius accidentis productio. Actionem autem primogeniae uniuersalissime
formae: est substantiae substantialisque formae in materia creatio. IV DAEVS. Concepimus in-
tentum tuum: quo pacto diuinus actus, eminentiore modo quam peculiares actus, in mate-
ria agere dicatur. Sed audire iam cupio: qualiter angelicos actus, circa materiam actus
esse demonstratus sis. CHRISTIANVS. Cum agere quiddam mouere sit: (Nam
quicquid in aliquo aut circa aliquod agit: quoquo pacto illud ciet ac mouet) innumeris te
docere queam exemplis: angelicos actus, non nihil circa materiam voluntate dei peregisse. Raptus
Quid enim de raptu Enoch & Helie dicturus es: quid de momentanea illa uestione Abacuc Enoch &
ex ludea in Babylonem: & eiusdem mox in Iudeam restituzione: nonne ibi materiale ponatur Helie &
dus: praecepto dei obtemperantes angeli, vexisse probantur? His adiicerem sanctae cuiusdam Abacuc,
dam virginis Catharinæ corpus: post capitum obtruncationem, ex Aegypto per aera, in Si-
nam montem ab angelis visibiliter deportatum. Sed vobis ludeis: quae circa sanctos no- Actio an-
stros gesta miracula: fabulae sunt. Potest ergo angelicus etiam actus, circa materiam actus
uus esse: illamque aliquo pacto cire. IV DAEVS. Potest: attamen haud eodem modo circa
ca materiam diuinus angelicus esse actus agunt: quo ceteri naturales actus materie insidet
materias. CHRISTIANVS. Hoc ipsum est quod prius inferre volui: separatos inquam actus ut di-
uinum & angelicum, posse quidem non nihil circa materiam agere. Haud tamen ideo illos,
materialibus coerceri vinculis: aut claudi in materie gremio. Ceterum quia tan-
tisper a proposito diuinae trinitatis euagatissimum: ut de cunctis actibus circa materiam pro-
prietatibus ac differentiis, nonnulla differuerint: paucula ut (voles) etiam de humani actus

H.v.

De Trinitate

resurrectione: hoc est de illius in materiam & in proprium corpus repetitione prosequemur.
Nam ex factis scripturis, didicimus: vobis Hebreis plerasq; de mortuorum resurrectione,
Pharisei controvicias inhesisse. Alii siquidem ut Pharisei: futuram mortuorum resurrectionem as-
Saducei, serebant. Alii vero ut Saducei contraria sentientes: mortuos nonnunq; resurrectos nega-
uere. Nos autem Christiani: sacratissime nostrae fidei pia traditione instructi: mortuos qua-
doq; ad priorem vitam reuocando credere iubemus. Q; si a verbis nostris aures auertere
nolueris: in sacra fidei praesidium, vel vnicam rationem necremus: per quam & humanum
corpus nonnunq; a deo instaurandum: & humanum animum, rursus in illud idem tanq;
De resur- in naturalem mansionem reuocandum, euidentius conflabimus. IVDAEV. Resurrecti-
rectione, onem mortuorum: complures passus librorum nostri testamenti aperte testatur. Nam de
ea in Ezechiele & Machabeorum libris habemus. Satis igitur mihi illam tantis autorita-
tibus persuasam habeo: quam tamen rationem adduxeris: ad ampliorem eius fidem, liben-
ter ac pronus audiani. CHRISTIANVS. Confessus humanum animum separabilem
esse a corpore: quia vim quandam habet agendi extra corpus: per quam abiunctus a corpo-
re, probabitur ociosus irritusq; non esse. IVDAEV. Confessus sum. Nam si illi huiusmo-
di vis agendi extra corpus deesset: neq; separabilis esset a corpore, neq; immortalis: vt pote
ociosus, perperus nihil agens. CHRISTIANVS. Probe. Sed rogo cur natura corpori ad-
dictus est? IVDAEV. Existimo quia etiam vim habet agendi in corpore: vt sensitivam,
vegetativam, motivam, essentialiem. CHRISTIANVS. An sicut humanus animus de-
gens in carne: vim sui incorpoream, absq; v illo carnis contubernio exercet: per quam & si sub-
sistat in corpore, dicitur tamen agere extra corpus: ita & idem animus, postea abiunctus a
corpore: vires sui corporeas, absq; organis exercere valeat: hoc est, an sicut corporis presen-
tia, haud quaq; obest animo: quo minus immaterialē & incorpoream sui vim (per quam
agere dicitur extra corpus: siue sit in corpore, aut extra corpus) exerceat: ita & corporis ab-
senta, eidem nequaq; obstat: quomodo corporeae ipsius facultates atq; potentiæ suis funga-
tur actibus? Nempe animo, siue in corpore siue extra corpus: cunctæ naturales vires iug-
iter insunt: tam corporeæ q; incorporeæ: tam materiales q; immateriales. Omnes quippe ani-
mae vires, sunt non minus immortales: q; totius animi substantia. IVDAEV. Petuum
est animum carnis adhuc alligatum: cunctas sui vires tam incorporeas q; corporeas exerce-
re posse: nec obesse corporis presentiam: quomodo intellectum sui facultatem, animus di-
moueat: seu quomodo aliquid intus versetur, trutinetur, speculetur. Q; autem morte re-
solutus & emigrans a carne, corporeis viribus agat: a veritate reor alienum. Nam corpore
is agitandis viribus: corporis absentiam obesse credo. CHRISTIANVS. Belle dixisti. Na-
cithara sublata a citharedo: haud tollit ab eo musicæ artis peritiam: yetat tamen instrumenti
ti vt citharae inopia: cithareum musica arte ludere. Ita & ab animo demptum corp⁹, cor-
porearū virium organum: infitas animo corporeas vires nequaq; aut immutat aut illas ab
eodem afferat: tollitur tamen ab illo, corporeæ actionis vsus. Sublato quippe per necessarium
corporearum virium organo: quaq; perseverent illæ in animo immortales: tamen ob orga-
ni penuriam earum actiones laxantur, intermittuntur, cessant. Est enim corpus ut animi
cithara: animus vt cithareodus animi vires vt musica. Caliam rursus eius rei analogi-
am audi. Humanæ mentis adalligatae carni adest ne meditandi & loquendi facultas! IV-
DAEV. Adest. CHRISTIANVS. Vis meditandi spiritualis ne ē, in corporea! IVDAE-
VS. Spiritualis est. CHRISTIANVS. Quamobrem? IVDAEV. Quia animus illam si-

Analo-
gia.



Dialogus. I.

Fo. LVI.

ne organo ciet corporeo: & intra semetipsum, arcanam illius actionem coeret. CHRISTIANVS. Per vim igitur meditandi, humana mens siue in corpore siue extra corp^o, dicitur agere extra corpus; hoc est extra organum corporis, nulla carnis fungens oacula. Nihil enim ipsi meditationi, confert aut suppetitat caro: neq; meditationis radios, intra se excipit aut illis feritur: ut pote cū vniuersae intellectuales notiones, perseverent in sublimi animi armario; in luteo ac terreo corporis vasculo, condi aut recipi nolentes. Ac demum cū soluitur mentis humanae a carne vinculum: immutatur ne in aliquo preclara illa & abdita vis meditandi! IVDAEV S. Arbitror te vim meditandi eandem intelligere velle ac intelligendi, non vim cogitandi quam medicis sincipiti tribuunt & etiam brutis: nam hec sensus communis particula est aut illi eadem. CHRISTIANVS. Idipm. IVDAEV S. In nullo ergo immutatur. CHRISTIANVS. Nonne etiam post solutionem & emigrationem eius a carne, exercere meditationem potest: sicut antea carni sociata illam exercuit? IVDAEV S. Potest. CHRISTIANVS. Cur id. IVDAEV S. Quia illi abiuncta a corpore: adest meditatio nis excedens & vis & organum: e quibus ut sufficientib^o extremis: facile media promittur actio ipsa inq; meditatio. CHRISTIANVS. Haud absurde iudicare viuis es. Vis dico inaporea & abiuncta, & organum incorporeum. IVDAEV S. Sane ut corporalium viuum organa sunt corporea: ita incorporearum seiugum & abiuctarum organa: seiuncta intelligo atq; incorporea. CHRISTIANVS. Vis itaq; meditandi per abiunctionem mentis a carnem nil patitur: neq; secundum se, neq; secundum organum, neq; secundum actionem. IVDAEV S. Nihil. sed supereft saluaturnq; tam ipsa meditandi facultas, q; eius obiectum & organum, q; operatio. CHRISTIANVS. Nunc illi conferamus vim loquendi. Est ne loqui di vis, spiritualis an corporea? IVDAEV S. Corporea. CHRISTIANVS. Cur corporea? Nonne quia sicut vis meditandi, inuisibilium animi notionum est opifex: ita & vis loquendi, conflatrix est audibilium vocum: etenim eminenti & sublimi notionum opificio; nihil corporis moles confert: quae ex opposito, inferiori opificio vocum: probatur esse per necessaria. IVDAEV S. Ita esse reor. CHRISTIANVS. Nam inuisibles notiones, cudit mens in orbe proprio: & non in corpore, aut in mundi sphera. At voces nequaq; in pprio orbe coflat sed p corporis orbē & oris palatū, eas in mundanā vsc; sphera traducit. Quapropter ita notionibus ipsis, voces famulantur: quemadmodum & anima, corpus obsequitur. Si haec ergo ita se habent: poterit ne mens abiuncta a corpore, vocis perfrui opificio & effundere copiosum sermonis imbre? IVDAEV S. Nusq;. CHRISTIANVS. Quam obcausam non poterit. IVDAEV S. Quia corpus organum est eliciendarum vocum. Organū autem pocruria: corpoream vim omnem & carnalem animū. & facultatem, ab actione & officio suspen dit. CHRISTIANVS. Ipsa loquendi facultas sita in animo: q; minus perfecta sit meditā di potestate: an tamen in mortalis? IV D. Haud quaq;. Nā semp illa adest aī: siue alligatē carni siue a carne solutē. CHRIS. Quid ergo temporaria mors (q; est abiuctio aī: a carnis vinculis) vim loquendi, amplius q; meditandi facultatē immutat? IV D. Mors neutrā secundum se immutat: illius tñ organū tollit, resoluit, corrūpit: & ex consequenti, actionē laxat atq; intermittit: huius aut minime. Nā meditādi facultas: ob iugē & inseparabilē arcani organi presentiā: intellectuali actione assidue poterit estq; iugiter in actu & officio. Vis vero loquendi, ob organi id est corporis absentiam: ab actione intermitte cogitur. CHRISTIA. Probe. Nam altero absente extremon: deesse medium oportet. Sunt enim agendi potentia & eius organū: ut Previa quædā totius actionis extrema. Actio vero iter vtrāq; vicē me dū supplet. Sed iam ex his quæ allata sunt propositam prius interrogationem dilue. An



IV. De Trinitate.

characteres excipit: Confidit ergo quorsum analogia hec: IVD. Non dum ex integro: nisi illam sigillatim discusseris. CHRI. Charta mens est discipuli: arcanum aliquam veritatem inter noscere cupietis. Scriptor est ludimagister: qui veritatis notionem, in discipuli mente transferre satagit. Charta autem stabilitas & in solido corpore immota positio: est ut praevia fides discipuli. Eius autem mundicie: abnegatio contrariae errorum. Tu ergo prius absque fide: hauis eras absimilis pendule & instabili charta. Nunc vero excusa omni metu leuitate & inconstantia: in firmissima & incōcusibili fidei petra, robur ad sequentia dinoecēda mysteria adeptus. Sed vbi quam peristi analogiam expleui: iam de proposito differendum nobis est. IVD. Hec si militudo tametsi breuior: non minus tamquam prior mihi profuit. Quippe quem de fidei stabilitate: etiam apertius me edocuit. Sed iam anhelo audire sequentia. CHRI. Nostris deum aeternum esse in creatu, immensum: solum item ab aeterno extitisse absque omnium materia, aut cuiusvis exterioris substantiae presentia. IVD. Deus. Nouimus. Nam si aeternus non esset: neque infinitus esset neque uniuersorum author. Et si non solus ab aeterno fuisset: ex indigentia alicuius exteriori substantie: probaretur non per omnia perfectus sibi sufficiens. CHRI. Nostris etiam deum ab aeterno non sibi meti agniti fuisse! IVD. Incōmodum est sentire: quod deum scipsum ignorari. CHRI. Nam si creaturis ut angelo atque hominum proprietate agnitionis tribuum facultatem: quanto magis illa deo est ascribenda. Et si omnis substantia melius se habet in luce & in cognitione sui, quam in tenebris & in ignorantia sui: cum diuina substantia semper optime fuerit: illa perpetuo in luce & sui cognitione extitisse, fatetur oportet. Quem enim substantia ignoratur, imperfecto quodammodo subsistit: existens in tenebris & non in luce. Est enim rerum cognitione preclara quemadmodum lux: in qua quidam luce id est in agnitione sui: omnis substantia naturaliter esse appetit. Nam essentia omnis: perficitur in scientia. IVD. Quo pacto imperfecte substantiae ut mineralium, vegetabilium & sensibilium: quemadmodum sibi cognitrix careret: hac cognitionis luce portuntur. CHRI. Quem in superiore dialogo diximus de tecum harum substantiarum actibus: qui intra se nihil agere possunt, sed solum in materia: quicquid non sibi ipsi, sed posterioribus actibus scenerantur: hec in presenti de eorum luce & cognitione dicenda. Appetunt enim imperfecte substantiae, et si exortes sapientiam: nihilominus discerni & in scientia luce conuersari. Hanc tamen lucem hauis a scipiosis aut ab actu proprio: sed a praestantioribus actibus, a quibus internos sunt recipiuntur. Nam diuino actu omnia sunt agnita Angelico pariter intellectui atque humano: quodammodo omnis substantia reuelatur. Imperfecte ergo substantiae sunt in luce, cognitione & scientia perfectarum. Tolle enim eminenteriores tres actus: diuinum, angelicum, humanum: mox inferiores actus sensibilis, vitalis, & essentialis: una cum materia superfluent manentes: ociosi. Est enim id ociosum atque irritum: quod est quidam, sed nulli cognitum est: quemadmodum quod etiam est & nihil agitur: incassum esse declaratur. Infestis enim tres actus & materia: cum nullam aut intra se agendi aut se contemplandi potestate habeant: in praestantioribus actibus manu & potestate relinquuntur. Et cum a scipiosis nullius scientia splendorem recipiant: illum a tribus superioribus diuino, angelico & humano emendant. IVD. Si hi tres inferiores actus in luce proprio non sunt: sed duntaxat in luce & scientia superiorum: in qua luce ipsi praestantiores diuinus, angelicus, humanus: esse dicendi sunt. CHRI. Supereft ut si non in ratione & luce inferiorum: sint in sua ipsorum luce & scientia propria. Nam unusquisque trium huiusmodi actuum internala discretione flexus in scipsum: suis iudex & speculator euadit, sibi ipsi occurrit, obiicitur, presentatur. Et precipue diuinus (qui ceterorum actuum author et naturalis substantia: seu cui ea in veritate & exemplari causa contingunt: quae ceteris in imagine sunt inducta) sui ipsius ut ab aeterno immutabilem substantiam: ita & scientiam adeptus est. Diuina siquidem substantia, cum ab aeterno nulli exteriori actus (quippe qui nullus adhuc erat) agnita fuerit: cum in nullius entis scientia

De dītrī
no inter-
no nu-
mero.

Imperfec-
tē sub-
statię sur-
i luce &
scia pre-
stantiorum

De Trinitate

tia & agnitiōe versata sit: necesse est ut soli sibi met patuerit: aut ut nunquonō fuerit propriae essentiæ speculatrix. Atquo hoc solū quod impresentiaꝝ de diuina luce, scientia, sapientia & speculatione recensuimus: sufficit ad propriositū internū dei numerꝝ eliciendū. IV. Quomodo sufficit? CHRI. Sicut prius ad eundē numerum: sufficiebat interna dei actio. Nam quē admodū internā dei actionē: absque arcano diuīne substantię numero, saluari impossibile remur: ita & diuīnam, lucem, scientiam, sapientiam, ac speculationem: sine personarum trinitate stare non posse asseueramus. Est enim suī speculatio actio quādam: in qua cuncti sapi-

Omnis entiam locant. Prius autem diximus: actionem omniē inter extrema fieri: exteram quidem actionem inter extrema substantialiter distinctā: cuiusmodi sunt actus imperfecti agentes iter quę in materia, distincti ab ipsa materia. Internā vero: inter extrema consubstantialia: quę secū-
dā extre dum substantiali ynum aliquid sunt. vt inter intellectum & memoriam: quae sunt eiusdē-
ma. animi extrema: contemplatio interna mentis actio, suos gyros cōuoluit. IVD. Clatius iam

intueor nullā actionē: sine discriminē ac numero quorūdam extremorum absolui posse. Nempe extera actio: fit inter extrema īcōsubstantialia abīnuicem separabilia. Interna vero īter ea extrema: quę ad eandem substantiam pertinent. CHRISTIANVS. Quo enim modo fiet ylla actio: sine vna vī prolatrice: & alia facultate eidem occurrente? Illam siquidē agentem: istam vero vīm totius actionis susceptricem siue retentricem: prius nuncupauimus. Hanc autem vīm retentricem ī extera actione vocamus materiam: quę omnes ī perfectorum actuum actiones, suo ī gremio caprat. At ī interna actione vīs retentrix, ne quaq̄ materia est: sed ipsemēt actus flexus ī seipsum. Hic enim vt intra se discretus & potiens īnterno numero: agit quidem aliquidve profert. sed suæ ipse actioni occurrés illamq̄ propriis finibus excipiens: extra se fundi non sinit: sed intra seipsum concludit. Et quāq̄ hu-

Eiusdē iusmodi actus: sit idem secundum substantiam, nunc agens, nunc suam actionem retentans: haud tamē eadem sui portione & agit & p̄priani actionē capessit. Discreta quippe in eo sunt totius actionis extrema ab inūicem: quod scilicet profert & quod profertur: licet secundū substātiā coincidētia. **C**Et cū in nullo perfecto ente sit extrema accipere sine medio: discretio eadē ratōe qua perfectū quēpiā actū, ut diuinū intra se agentē: absq; ipsius diuīsiōe, diducis in extrema: debes & eūdē: salua substātiālī totius vnitate: partiri in extrema & in eorū mediū. Nā mediū: nec⁹ est & vniō & mutu⁹ amor extremorū. Hęc vero triā: vnu sūt scdm substantiā, qđ interne actiōis causa & necessitate: extremorū & mediū trinitate nō caret. IVD. Quę specialiora noīa: eiusdē pfecti entis tā extremis, qđ medio cōgruūt! CHRI. Diuinę hū iusmodi discretiōis supposita siue p̄sonę: a nobis Christianis Pater, Fili⁹ & Spūsanetus nū cupantur, Pater quidē & fili⁹ extrema: spūs vero sanct⁹ áborū mediū. Nos autē ad p̄sens: qđ haę appellationū causā, arduę nūmis sunt: alias p̄sentī philosophię magis forte suspetētes adducem⁹. **C**Remūdus Lullius Pius quidā Eremita: qui plurīma de diuīna trinitate, subtī

Remun lissime cōscriptis opuscula; diuinā discretionē per pulchritudinē trib⁹ expressis iūi, ile, io. Naq
dus Lul⁹ finiuntur in iūi noīa; potētiā exprimūt agendi; quē in ile terminant; potentia quādā patien
tūs. di; quē vero in io; ipsum actū siue actionē amboꝝ designant; vt cōtēplatiū, cōtēplabile, cō

templatio. Quid enim putas esse cōtēplatiū? IVD. Cōtēplatiū id est: qđ cōteplan poterit. CHRI. Quid cōtēplabile? IVD. Quod pōt cōtēplatiōis esse obiectū. CHRI. Quid contē platio? IVD. Ex̄istimo cōtēplationē: mediū esse ab oꝝ actū. CHRI. Rite cōtēplationē diffī nituisti. Sed nūc hōq; singulorū iſpice ppria. Cōtēplatiū: quopacto a cōtēplabili differt? IV. Differt tanq; vīs agēdi, a vī patiēdi siue tanq; actū a potētia: aut tanq; potētia qđ p actū diffī nitur: ab obiecto quod quadā possibilitate explicatur. Oculus enim cum dicitur vīdens & eius obiectum (vt color) vīsibile: hoc modo per actū oculus: eius vero obiectum per potētia

Dialogus. II.

Fo. LXV.

tentiā diffiniunt. Nā videre actuum; viderī autē passiuū verbum. Sicut ergo color visibilis nominat: ita & oculus dicitur debet vissiuū & amborū actus, visio. Sunt enim contemplatiū & contemplabile velutī extrema quēdā quorū alterū, alterū infert & vnu fine altero esse nequit. Nam & se comitantur: & ad alterutū, vt ad eundem actum pertinētia: referunt. Ceterū quia iam extremorum nosti differētiam: dic & eorum a medio interstītium. IVDAEVS. Ignoro quo pacto a medio distent extrema: hoc est itum & ille, ab iō: nisi forte quia per potentiam extrema, per actum vero ipsum mediū finiatur. CHRISTIANVS. Quo pacto id? IVDAE. Diximus contemplatiū esse: quod contemplari potest. Contemplabili vero: quod potest cōtemplationis esse obiectum: hoc em̄ pacto in amborū rationibus: potentia claudit. Contemplationē autē diximus esse: ipsum amborū actum. CHRISTI. Sed vlt̄ rius hāc prosequor. Est ne potentia sine actu perfecta? IVD. Minime. Etenim omnis potentia, est propter actu. CHRIS. Si ergo dixisti extrema per potentia diffiniri. Mediū vero est se amborum extremorū actū: quomodo etiunt extrema absq; medio perfecta? Nā extrema p se sumpta similiā sunt cūdā potētię, actu carenti. Extrema vero cum medio: sunt vti potētia suo actu sociata. An obsecro si ē calefactiuū: oporteat esse aut calefactabile aut ipsam calefactionem? IVD. Nequaq; CHRISTI. Quanobrem? IVD. Quia extrema per potentiam vt prius expressa: tam abinuicē q; a medio separabilia sunt. Potest em̄ calefactiuū esse: sine calefactibili. Et rursum existentibus calefactiuo & calefactibili: contingit non esse calefactionem. CHRI. At in deo: tam extrema abinuicem q; a medio indissolubilia manent. IVDAEVS. Qua de causa? CHRI. Quia deū im̄partibile: & vnicā esse substantiā prēdixim⁹. Quapropter priora extremorū nomina: iuuū & ille q; potentia designat: nequaq; diuina: cōpetunt substatię. Haud em̄ in deo: est potentia aliqua sine actu. Non est in eo spectatiūni quod non sit spectans. Neq; spectabile: quo l'actu nō spectetur siue quod non sit spectatum. Non sunt deniq; in eo spectatiū & spectabile: sine spectatiōne q; est amborum act⁹. IVD. Existimo hac ratione ductus: magis ipsi deo competere ipsorū actū, q; potentiatū nomina: vt spectans, spectatum spectatio. CHRIS. Nam si spectas est: oportet mox & spectatū esse. Et cōtra si spectatum est: esse illlico & spectans oportet. Et si sunt ambo extrema spectans & spectatum: impossibile est non esse spectatiōnem quae est actus amborum. Cernis ex his deum congruentius per actus, q; per potentias diffiniri: illumq; ideo esse vnicum & trinum actum. Nam qui deum sibi meti ipsi agnūtum esse seq; ipsum contemplari profert: vna illius impertem substantiam, in ternos actus discernit, in contemplantem, contemplatum & templationem: quae tria, q;q sint vna diuina substantia: discreta tamen sunt abinuicem atq; in seipsis inconfusa: insuper & suismet proprietatibus inco: uertibilia. Non enim contemplans: est contemplatum sicuti neq; in exteriore visione oculus videntis, est id quod videtur. Neq; contemplans & contemplatum: sunt contemplatio: quemadmodum neq; in extera visione: oculus & color, sunt ipsa visio. In extera tamen visione: adeat substantia: rum discrīmē. In contemplatione autem diuina (quae est interna eius a seipso visio) in cōsubstantiali vnitate occurrit sola actuum & personarum discretio. IVDAEVS. Quomodo efficies contemplans contemplatum & contemplationem in deo: tantum vnam esse diuinam substantiam? CHRISTIANVS. Quia diximus deum esse qui seipsum contemplatur. Diuina autem contemplatio (cum sit interna dei actio) deum haud quaq; diuidit illū tñ triniter discernit in extrema & mediū. Cū em̄ dicis deū esse, q; seipm agnoscit: necesse est fatearis cōtemplatē esse deū, contēplatū esse deū: & cōtemplationem esse deum. Ambo etenim extrema: siue vt vna, siue vt singula p se & seorsum sumpta: de⁹ sunt. Et rursum

Analo-
gia exte-
re visiōis
ad deum

Lv.



VII. De Trinitate

amborum medium deus est: ac deniq; ambo extrema cum medio, sunt vnius tantum deus
CQuod si ob diuinæ cōtemplationis actū, ipam diuinam substantiā in tria secueris: dicēs
 aliud esse simpliciter cōtemplās, aliud contēplatum aliud contemplatiōē: quo pacto deū
 speculari seipm posse saluabis? Si em̄ aliud est ex toto contēplatum a cōtemplante: & si rur
 sum ab utroq; aliud contemplatio: quomodo sibi ipsi aderit deus? Cōtemplari enim seipsum
 est idem, per idem, contemplari idē. Nunc aut̄ idem, non idē: sed penitus diuersum & incō
 substancialē ens spectabit: eritq; eorum actio: ex toto ab ip̄is diuersa atq; separata. Quo er
 go nexus sibi hēc tria: contemplans, contemplatum & cōtemplatio coherent: IVD. Nullo
 coherenter nexus. CHRISTI. Neq; igitur vnu aliquod & idē essent: sed tria entia ex toto di
 uersa, incōsubstancialia, ab inuicē separata. Itaq; ex assertione diuinæ sapientiæ sc̄ipsam spe
 culantis: mox triha eius infertur (pr̄ter totius substantię diuisionē) discretion. Si quis enim
 diuinā substantiā ob internā contemplationē in plura secuerit: eius illico sapientiā & contē
 plationē exterminat, ac tollit. IVD. Necessariū esse fateor diuinā contemplationem: absq;
 diuinā substantię discretionē exerceri nō posse: insuper & ob eam discretionem diuinā sub
 stantiam, nequaq; diuelli: vt pote q; sub trino suæ discretionis actu: nihilominus permanet cō
 iuncta atq; vna. CHRISTI. Duc ergo semp apud te id esse magni momenti argumentum

Argumē
 tum diui
 nae trini
 tatis ex
 diuina sa
 pientia.
Logica
 cōsequē
 tia.

Diuina substancia sapiens est & sui ipsius cōtemplatrix: ergo & vnitrīna: hoc est vna secun
 dum substantiā: personis vero trīna. Nomine pfecto vnitrīnatis: totius diuina substantiæ
 vnitatē ac psonarū trinitatē circuloquimur: eoq; simul: diuinā coniunctionē & discretionē
 designam⁹. Et ex opposito: aliud quoq; pncessarium habeto argumentū hoc pacto. Diu
 ina substancia nō est vnitrīna: ergo neq; est sapiens, neq; perfecta: neq; sui ipsius speculatrix.
 Si em̄ (ajunt logici) ad antecedēs sequitur consequens: ad oppositū consequētis, sequit op
 positū antecedētis. Sicut ergo assertio diuinæ sapientiæ & cōtemplationis, positio est diuine
 vnitrīnatis: ita & eiusdē vnitrīnatis destructio, diuinā & sapientiā & cōtemplationē tollit.
 IVD. Quomodo diuia destruit vnitrīnitas: CHRISTI. p̄m vnitrīnatis nomē: diuinā simul
 cōiunctionē & discretionē exprimit. qui ergo horū alterum destruit: totū euertit ac perimit.
 Quēadmodū (vt forte nosti) qui apud dyalecticos, totius copulatiū partē alteram negat
 totam quoq; copulatiū perdit. Ita & is q; ob saluandam diuinā substantię vnitatē, trinita
 ti aduersat: totā destruit vnitrīnitatē. Parī pacto & q; ob diuinā trinitatē, perimit ei⁹ vnitatē:
 totā rursum exterminat ac delet vnitrīnitatē. C̄lta ergo admirare diuinā totam substanciā:
 vt in ea ipsa, neq; vnitatis numero aduerset: neq; numerus, obsit vnitati. Neq; itē con
 iunctionē discretioni: neq; cōiunctionē discretio. Rursum neq; eius vnitatem: confusionē esse
 personarum intellige: neq; eiusdem trinitatem: substantiæ multiplicitatē totiusq; substanciā

Quomo
 tialis vnitatis diuisionē. Ita quippe statuenda in deo substancialis vnitatis est: vt nulla indu
 do vnu
 catur personarum confusio. Et ad hunc quoq; modum inferenda illi trinitas personarum:
 tas & nu
 vt nequaq; ideo substantiæ vnitatis diuella. Est em̄ diuina substantiæ, vnitatis nō sine numero:
 merus in & numerus, nō sine vnitate. Est rursum vnitatis numero explicita: & numerus vnitatis im
 deo inse
 plicitus. Est vnitatis foecida atq; numerata: & numerus sui ipsius radici id est vnitati cohæ
 rendi. Sed hæcad p̄fens abunde sufficiant: quibus per diuinam sapientiam & sui ipsius cō
 templationem: de supersubstantiali diuina vnitrīnitate, certior euafisti. IVDÆVS. Q̄j
 & fidei validissimo pra fidio: & tuarum rationum op̄itulamine, diuia mihi vnitrīnitas sic
 aliquatenus persuasa: nolo tamen te iam p̄fensi sermoni finem imponere: sed compluti
 bus adhuc analogiis: mihi coopti tanti mysterii ampliorem euidētiā, exponi cupio. Nam
 sermo omnīs mihi succinctus ac breuis erit: modo me eruditat. Audiēdi quoq; labor nō mo
 do nullus erit: immo vero erit pro labore summa voluptas. CHRISTIA. Etsi orationem

nostrā iā ad calcē statueramus perducere: tamen quia nos probe hortaris, vt perseuerem⁹ de diuina viuitrinitate dicere: satius tuo hortatuī duximus parendū. Quia ergo nunc de diuina sapientia & cōtemplatione a nobis habitus est sermio; ad aliam nos similitudinē trans feremus: quæ illi proxima īmmo fere eadē videat: distans ab ea solis nominib⁹. C' Audistī ne Alia de deum a platisq; diffiniri: esse oculū liberum, absolutū, per se subsistentē, vnde cunq; viden diuina trātē: IVD. Audiui et quidē crebriuscule. CHRI. Quid est ergo deū esse liberum atq; absolu- nitate a- tum oculū: IVDAE. Est eundē esse totū oculū: in nullo subiecto, sed per se vlt dixisti sub nalogia fistentē & vnde cunq; videntē. CHRISTIA. Carneus oculus q̄ capiti nostro infixus est: an p̄ oculū liber oculus est: IVD. Minime. CHRISTIA. Quāobrē: IVD. Quia in alio vt in capite de libertuni, fertur: & ex cōsequēti vnde cunq; viderē & intueri circumstātia visibilia nequit. CHRI. qua ex parte nō videt: IVD. Ea ex parte: qua īfitus capiti. Nā hactenus in tenebris est: reliqua vero vt exteriore parte videt: & mundana quęq; entia cernit. CHRI. Carnus ergo oculus haud est totus oculus: sed dūtaxat medius oculus: vt q̄ tātum extiūseca medietate videt: interna vero medietate non videt: sed cēcus (qua parte capiti h̄ret) perseuerat. Media em̄ portione sui: semp est in tenebris & rursum media portione altera: quandoq; in tenebris & quādoq; in lumine. Et q̄q ip̄e sphericus sit oculus, perfectaq; habeat sphericitatis figuram nō tamē tota sphaera: sed media dūtaxat sphericitatis plenitudine, videre illi donatum est. Quapropter neq; est totus videntis, neq; semp videntis: sed solum partim & quādoq; videntis. C' Nunc igitur volo huic carneo oculo diuīnū conferas oculū: & quomodo ab hoc ille diffe Compa- rat enarrares. IVD. Diuīnus oculus īprīmis per se degit: atq; a nullo defertur subiecto. Se ratio car em̄ ip̄e fert: manet p̄ liber & a cunctis absolutus. Idem rursum totus est oculus & semp oculū nalis oculū: hoc est vnde cunq; & semper, videntis. Haud em̄ vna ex parte videt & alia minime: neq; liad diuī aliquando quidem videt & aliquando non. Ceterum & per totius sphericitatis ambitum: nūm. & in totius ēternitatis plenitudine: patulā & sup cuncta īcumbentē visionē exercet: nihil nō videntis ac nunq; nō oīa cernēs. CHRI. Lata est ergo differentia: inter diuīnū & carneum oculū. IVDAEUS. Lata tanq; totius a parte: perfecti ab imperfecto, integrī a dimidio. CHRISTIANVS. Edissere modo quod sit vniuersitatisq; oculi proprium: siue qui peculia- ris eius actus, aut propter quid est oculus. IVDAEVS. Videre oculi est proprium: eaq; de causa esse arbitror oculum vt videat: siue vt visionem exerceat. Omnis quippe potentia: propter suūp̄ius actum subsistit. CHRISTIANVS. Quę necessaria adeste oportet oculo Quę in vt videat! IVDAEVS. Arbitror lumen & obiectum: sine quibus visio exerceri nequit. visione CHRISTIANVS. Nam lumen videnti est medium: obiectum vero visionis est finis. O- portet enim in visione & in omni actione, numerari ac discerni hāc tria: principium, medi- um, finem. Principium: est oculus qui videt. Medium lumen, mediante quo fit visio. Finis vero: obiectum quod videtur ab oculo vt color. Sed diuīnus oculū (hoc est diuīna tota sub stātia quam totam: diximus esse oculū) nunquid fuit ab āterno solus, sine omni extera substantia? IVDAEVS. Fuit. Alioquī non esset omnīum author. CHRISTIA. Nunquid etiam fuit ab āterno videntis? IVDAEVS. Existimo illum ab āterno visionem exercuisse. CHRI. Alioquī infinitis sc̄lis torpuisset: deges in tenebris, nihil actu cernēs: et postea non nūq; videre coepisset. IVD. Cū diuīn⁹ ocul⁹ immutabilis sit & eodē semp modo se habuerit arbitror hunc ab āterno vidisse. CHRI. Quidnā (oro te) ab āterno vidit: cū nihil subsisteret & vnde vel a quo sole: visionis lumen, illi semper antea suffulit atq; irradiauit: IVD. Igno ro quid respondeam: nisi forte paria: quæ prius de diuīno actu: sentiam. Dictum enim est diuīnum actu, cum ab āterno nihil extra seipsum egerit: aliquid intra seipsum semper egisse, nec vñq; ab āterna actione fuisse suspensum. Insuper arcantum illi organum semper

.IVX.I. De Trinitate.

affuisse semp̄; id adesse: circa quod interna īpius versata sit actio. Ita erit nūc fortassis de
 diuino oculo dīcēdū: illū inq̄ ab ēterno, extitisse sui speculatorē: semp̄ mystico tā obiecto
 q̄ lumine: intra semet fuisse poritū. CHRISTI. Hac tua respōsio, iudicio est: priora q̄ dīx̄
 mus mīrū in modū tibi profuisse: teq̄ permultū in diuini arcani numeri altissima & mystica
 prorsus scientia profecisse. Ac si vt cepisti tuū equū perurgeas: breui futurū est vt in ea disci-
 plina doctor sit abs te mīnime exquirēdus: sed per te ipsum plurima consequi valeas aliorū
 q̄ discipulatū & eruditōnī p̄cesse. Propositū tamē hoc nostrū ad calcē deducemus. Diu-
 nus oculus cum ab ēterno extra seip̄m viderit nīhil: nōne oportuit illū sibi ipsi fuisse cīrcū-
 latum seq̄ ip̄m perpetuo speculatū? IVD. Nam alioquī eius feratio ac torpor deuitari ne-
 quīt. Fuisse et̄ enim semper oculus in tenebris: existens quidē & nīhil vīdens, quod reor īcō-
 modū. CHRISTI. Huic ergo iugiter: internū tam obiectū q̄ lumen affuere. IVD. Affuere
Affurre- quandoquidē sine his manifeste nulla sit vīsio. CHRIS. Vt hāc per ampli⁹ intelligas: recur-
 ctio ex vi tendum tibi est, ad vīsionē carnalis oculi. Nā in eius vīsione manifeste hēc tria ocul⁹, color
 sīone car & lumen, seu potentia, obiectū & medium: distincta esse cōspicīunt: cū sint ex toto abinū-
 nalis oculū cē diuersa atq̄ separata. Sed cū carnalis oculi vīsio, explicatio quedā sit vīsionis diuini ocu-
 li: existimare te oporteret tria diuersa & īcōsubstantialia, quē ad carnalē requirunt vīsionem
 esse in diuīna vīsione substantialiter coniuncta sibi q̄ mutuo supnaturaliter insita. Hoc em̄
 pacto quoq̄ poenes carneum & exteriorē oculū: diuīsa, plura & explicita cernunt: ad diuīnū
 archānū assurgendo oculū, rite in vnum cōplicant. IVD. Velim hēc, mihi paulisp̄ explana-
 tū patētius. CHRISTI. Nungd vīnitas est numero p̄fstantior! IVD. Est. CHRIS. Diuīn⁹
 etiā oculus: nunquid est carnali longe potior! IVD. Longe & sine proportione. CHRIS.
 Qđ ē ergo ad carnalē oculū nūerū: hoc ad diuīnū ē vīnitas, vt hoc pacto mīn⁹ pfectū mīn⁹
 pfecto: & potiori poti⁹ adaptet. IVD A E. Quorsum hēc haud satīs intelligo: CHRI. Car-
 nalis oculi vīsio: in horum triū oculi, obiecti & luminis exterō penitus & īconfi-
 stantia in numero adimpletur. At diuīnū vīsio oculi, cum sit īfinīties carnalis acie vīsione po-
 tior: in eotundem triū interno & consubstantiali adimpletur numero suę vt dīximus ra-
 dicā id est vīnitatē cohērēte. Nam q̄ ad carnalē vīsionē: sunt secundū substātiā tria: oculus:
 color, lumen: nullo ferme nexus cōiūcta & alligata: hēc in diuīna vīsōe, sibiūnicē substātiāli
 nexus cohērētia: sunt vīnica diuīna substātia. IVD. Cōcipio qđ haec⁹ de numero & vīnita-
 te volūisti. Nā ab īmo carnalis oculi vestīgio: ad diuīnū eminētissimi oculi veritatē assurge-
 do: substātialis horū triū oculi, obiecti & luminis numerus: in substātialē vīnitatē glomerā-
 dus & resoluēdus est. CHRI. Diuīna siquidē vīsio: est p̄ quā diuīn⁹ oculus seip̄m intueri dif-
 finit. Si aut̄ diuīnū oculi acies esset ex toto diuīsa & separata, ab obiecto proprio: itē & a suo
 īpius lumine: haud esset idem oculus qui seipsum cōspicaretur: quiq̄ propria vīsione fi-
 ens, semetip̄m agnosceret: vt pote qui diuersum penitus & separatum intueretur obiectū:
 Idq̄ mediante exterō & penit⁹ diuerso lumine. Atqui diuīna vīsio: nullo pacto aut accidē-
 tibus aut aduentītis rebus permīscetur: quandoquidē hēc in substātia diuīni eiusdē oculū:
 triniter absoluīt: totaq̄ in illī exēdris ac īnūsibilib⁹ scrīnīis coercēt: in illā īchoās, ī illā
 pergens: & in illā seip̄am sistens. Sed quēso ad sequētia attrēde. Cū horū triū oculi, obiecti
 & luminis nūerū ī vīnitatē resoluīs: an sic illū ī vīnitatē cōplicas: vt penit⁹ absorbeat eorū
 nūerū: nullaq̄ supfit ī hūiūsmodi ad quā resoluīt vīnitate: eorū distīctio! IVD. Quid ad
Opposi- hēc dīcturus sim: haud satīs cōpertū habeo. CHR. Vīnitas & nūerū quomodo opponunt
 tio nūeri circa idē, vel circa diuersa. IVD. Existimo circa idē: circa vero diuersa ea mīnime opponi.
 & vīnita- CHRI. Nā de ente eodē: vīnitas substātia' & diuersitas seu numerus substātia' dici neq̄ut:
 tis. cū adiūicē opponātur. Impossibile enim est idē ens: esse vīnā substātia' & plures substātias.

Attramē vnitā substantialis & numerus vt trinitas personalis: mīnime sibi inuicem adiuer san̄t. Posiunt em̄ eidē competere enti: vt totū diuinę substatię: cuius p̄prietatē, prius vnitati nitate: hoc est substanciali vnitate & personali trinitate determinauinius. Cū ergo ascēdēdo a carnali oculo ad diuinum: hęc tria oculum, obiectum & lumen resoluīs in vnum: sic de-
mum ea sunt in vnum complicanda: vt nō omnis ab eis exterminetur numerus. Nam dū-
taxat ab eis substancialis numerus explodendus est: qui substanciali aduersatur vnitati, p-
sonalis autem numerus: in eis est retinendus: hic enī mīnime substanciali obest vnitati: &
ad diuinā cōplendā visionē, euadit per necessariū. IVD. Quopacto! CHRI. Sicut prius di-
uinā substantiā, sine interno trinitatis personali numero seipam cōtemplati non posse do-
cuimus: ita & hic eandē quā vocam⁹ oculū absq; psonali horū triū oculi, obiecti & lumi-
nē. Cōpara-
nis numero seipsum videre non posse intellige. Eadē enī sunt seipsum cōtemplati & seipsum tio visio-
videre. IVD. Plana est huīus analogiē cū priore cōcordia. Eandē esse diuinā cōreplationē:
ac diuinā visionē, insup & ex necessitate diuinę vīsīos: cōcludi diuinū oculū, absq; diuīsio-
ne suī: internī haudquaq; exortē esse numeri. CHRI. Nā sic illi dixeris adesse vnitati: vt ne
quaq; numerū excludat: sic illi adesse numerū: vt ab eo nullaten⁹ excludat vnitā. Nam de
eode, secūdū idē: haudquaq; vnitā & numerus enūcian̄ sed secūdū diuersa: vt deo vni-
tas & trinitas: neq; ambē secundū substantiā, neq; ambē secundū personā dicunt̄. Neq; rur-
sum trinitas de eodē secundū substantiā: & vnitā secundū psonā: sed vnitā secundū sub-
stantiā: trinitas vero secundū personā enūcian̄. IVD. Hęc a prioribus, nequaq; dissidere
comperio: quib⁹ subintulisti: diuinā substantiā, esse vnitati nō sine numero: & rursum ean-
dē esse numerū: nō sine vnitati: sed vnitati discretā numero & numerū coniunctū vnitati.
CHRISTIA. Dicere em̄ eā esse vnitati haud absq; numero: est dicere eā esse vnitati discre-
tā, numeratā, trinā. Et sentire eā esse numerū nō absq; vnitati: est dicere eā esse numerū cō-
functū atq; in vnitati resolutū. Diuinū em̄ oculi a seipso visio: est ei⁹ ipfi⁹ nō simpliciter hoc
est secundū substantiā: sed secundū quid, id est iuxta personalē discretionem in oculū, obie-
ctum & lumen dīductio: q̄ tria sunt idē diuin⁹ oculus: vñ⁹ quidē secundū substantiā trin⁹,
vero secundū personam. Diuinus quippe oculus: quo pacto vñus est, trinus non est: & quo
rursum nomine celebratur vt trinus, non est vñus. Nempe vñus est substantiā: trinus au-
tem persona. Sed perconctor abs te denuo: Nonne sicut quicquid in deo est deus est: ita &
quicquid in diuīno est oculo diuinus oculus sit? IVDAE. Cum diuinus oculus simplici-
sim⁹ sit: arbitror in eo quicqd est, oportere haud aliter q̄ diuinī oculi appellari noīe. CHRI.
Nam si diuinus oculus, dictus est seipsum contueri mediante seipso: quid hoc aliud sibi ex
postulat q̄ diuinū oculū diuinī oculi, mediante diuīno oculo, esse speculatorē? Hoc enī pa-
cto cōgruentius, simplicius & absq; vlla nominū varietate ac differentia: diuinī oculi arca-
na trinitas explicat: qua diuinus oculus: & vñus oculus esse & trinus designatur. Nam no-
men obiecti & lumenis: cuiusdam alteritatis sunt noīa. IVD. Vis ergo vt diuinī oculi, quo
seipsum videt obiectum: vocet oculus. Similiter & eius lumen quo in terma cōplet̄ visio: di-
uinus etiam oculus dicatur: CHRISTIA. Hoc ipsum volo: atq; ita diuinum totum ocu-
lum, natura & substantiā īpertem: salua semper substanciali eius vnitati, in triū oculū
li dispartior: videlicet in oculum primum: quū sit vt oculus & vt videntis simpliciter: in oculū
secundum: qui sit vt obiectum idq; quod videtur vt color: & in oculum tertium: qui sit vt
lumen, mediante quo sit ipa visio. Hos enī oculos: dico vnicū esse diuinū oculū psonaliter dis-
cretū atq; incōfusū: in quo secūdū ocul⁹, gignit̄ a primo. Terti⁹ vero pcedit ab utroq; extre-
mo. Et si consummatiōrem de diuinī oculi vnitati cōsequi scientiā volueris: opus ipri
mis est vt horū quatuor: nūcti, eq̄litatis, pgressiōnis & vnitatis: diuinę rationes te nequaq;

Numer⁹,
vnitas
Eq̄litas
pgressiō

De Trinitate

prætereat. Nam per primū: diuinī toti⁹ oculi personalis trinitas sancta. Per secū dū vero: diuino rū oculorū inæqualitas eliminata. Per tertiu: eots ab initio ort⁹ & naturalis progressio edoceat. Nam secund⁹ ut dixim⁹ oculus, q̄ est ut primi obiectū: orit a primo. Tertius vero oculus qui est ut lumen: ex duobus extremis primo & secundo pendet. Per quartū deniq⁹: colligit eorum substantialis vnitatis & naturalis coniunctio: per quā primus, secund⁹ & tertius oculus: haud plures oculi, sed vnicus esse diuinus oculus arguunt. IVD. De his quattuor paucula significatione edifferito: vt p ea, cōsummatorē diuinę vnitrititatis scientia nascatur. CHRI. Quod cupis pro viribus efficiā. Primū quod dixim⁹ personalis inq̄ diuini oculi discretio: satis tibi ex superioribus Analogiis dilucescit. Et eadē quoq⁹ ratione quarti hoc est substancialis eorum coniunctionis atq⁹ vnitatis scientia: iisdē similitudinibus sufficiēter adept⁹ es. Nam per as surrectionē visionis carnalis oculi, ad diuinī oculi visionē: dixim⁹ horū trisi oculi, obiectū & luminis numerū: debere in vnitatē resoluī. Atq⁹ ī eā quidē vnitatē: q̄ nō eorum omnino excludat numerū: sed dūtaxat in substancialē vnitatē, q̄ personalē numerū mirifice explodit. Mō strauimus em̄ ex similitudine & vestigio carnalis oculi, visionē diuini oculi, absq⁹ personali eiusdem in triū oculū diductione cōpleri nō posse. Hec em̄ personalis diuini oculi diductio: nequaq⁹ substancialē ipsius excludit vnitatē. Fx his ergo primi & quarti scientia: abūde disquirito. IVD. Saltē de secundo & tertio, nōnulla pseque. De his enī: nondū quicq⁹ in medietate p̄tulisti. CHRISTI. Paucis quod rogas explebo. Diuina substātia finita est aut immensa! IVD. Immēsa. CHRIS. Quicqd in deo est nōne de⁹ est! IVD. Est. CHRISTI. Ergo oīs diuinus oculus, sicuti deus est: ita & immēsus. Om̄ni enī diuino oculo: cōpetit & deitatis & immensitatis nomē. Deus est qui gignit: deus qui gignit, deus q̄ ab utroq⁹ procedit. Immēsus est gignens: immēsus genitus, immēsus pcedens. Si enī minor esset q̄ gignitur eo q̄ gignit: hic, illi: haud suū tortū esse largiret. Et si q̄ procedit esset ambob⁹ minor: quopacto esset medius oculus amborū extremitatū: vera, integra & perfecta connexio: eque utriq⁹ apprehendens: & ambos in seipso connectens. Si enī primogenia veritas est immensa: debet & astans illi naturale speculū esse immensum, & rursus imago excepta in speculo esse pariter infinita. At vero omne infinitū: omni infinito, probatur eque. Vbi igit̄ omnia infinita & immensa: ibi nulla inæqualitas, sed simplicissima equalitas reperitur. Est itaq⁹ omnis inæqualitas: a diuino oculo procul abigenda: quandoquidē & æqualitas potior est inæqualitate: & immēsitatem substātię cōmitat̄. IVD. Ex his mihi diuinorū oculorū eq̄uitatē p̄suadeo. Sed iā de tertio id est de geminis eorum ex seiniūcē progressibus: certior fieri cupio. CHRISTI. Recurro ad priorem analogiam carnalis oculi: de quo sciscitor abs te: an ī eaten⁹ possit diuinū imitator esse oculi: vt queat seipsum sicut & ille conspicari. IVD. Carnalis oculus: recta via semper aspectu, fertur in aliud & sola extera entia speculat: quomodo igit̄ in seipsum reflectetur: seq̄ ipm̄ intuebitur! CHRISTIA. Si speculum stet e regione oculi: nunquid per speculi commoditatē, fiet tandem corporeus oculus sui speculator! IVDAEV. Fiet. Sed ego cum ad directum intentus essem oculi aspectum: nulla me visionis reflexae quā fit a speculo, subiit recordatio. Video ergo quo pacto carnalis etiam oculus: seipsum in speculo intueri queat. CHRISTIANVS. Carnalis oculus videt ne seipsum in seipso: an extra se ipsum! IVDAEV. Extra seipsum. CHRISTIANVS. Vbi siue ī quoniam subiecto: se ipsum videt: IVDAEV. In speculo. CHRISTIANVS. Quid videt ī speculo: seu quid est actu ī speculo: quod a carnali videatur oculo? IVDAEV. Ipsius oculi species & naturalis imago: quā existens ī speculo: ipsi oculo, proprii obiectū vice: e regione fissitur, obiicitur, præsentatur. CHRISTIANVS. Haec ergo species: est ut verum ac proprium oculi obiectum. IVDAEV. Est. CHRISTIA. Vnde ea species manat: an ab oculo an a specu.

De diuina
æqualitate

De diuina
pgressio
ne.

Quē di-
recta via
reflectetur:

Quē vi-
sio refle-
cta.

Dialogus. II. Fo. LXVIII.

Io: IVDAEV S. ab oculo: Est enim naturalis eius imago. CHRISTIANVS. Gignit ergo ea oculus, IVDAEV S. Gignit ac profert. Nam mox ut a speculo, tollitur oculi praesentia ipsa quoque disparer imago: nec usque amplius in eo subsistit aut visitur. Quod si iterum speculo astet oculus: illico par imago in speculo apparebit. Presente enim veritate: presens est imago & absente absens. CHRISTIANVS. Huiusmodi imago residens in speculo: cui sit ipsius oculi naturalis species: nunquid vocari oculus potest. IVDAEV S. Potest. Nam & ipsius alter quidam oculus est: seu secundus & accidentarius oculus. CHRISTIA. Oculus ergo oculi videt: & oculus oculi gignit. Videntes est oculus: & quod videtur est oculus. Gignit item est oculus: & quod gignitur oculus. IVD. Haec ex dictis necessario pendent: atque ita omnino se habent. CHRISTIANVS. Intellige igitur ad hunc modum contingere in diuino oculo: sicut in hac carnali acie. Oculi inquit videri & gigni ab oculo: secundum a primo, extremum ab extremo, obiectum a speculatoria potentia, imaginem denique a veritate. Attamen paulo Cautela cauti presenti utraris analogia: oportet. IVD. Quopacto cauti. CHRISTIANVS. Ne assurda quae in visione carnalis oculi attendis separata: ea in diuinum oculi visione, pariter credas esse rationis. substantia littera distinguita atque oculo diuersa. IVD. Recesseas ergo quoniam ut in hac analogia debet am: quove modo ea ad diuinam traducatur. CHRIS. Cum assurgere volueris ex carnali oculo, se ipsum in speculo conspicante: ad diuinum seipsum pariter speculantem: nonnulla occurrit ab Qua ex ipsa analogia, secundum proportionem diuinam eminentiam immutanda. IVD. Quae analogia CHRISTIA. Dixisti carnalem oculum conspicari semet: extra seipsum, in speculo. An ita visionis diuinus oculus egeat: seipsum extra se, recte intuitu speculari? IVDAEV S. Minime: sed carnalis reor eum speculari seipsum in seipso: eumque nullatenus indigere exteriori & materiali specu oculi sint. Io: ut propria suipius visione portatur. Nam si exteriori speculo indigeret: cum fuerit ab immutata eterno solus, prior extera omnia substantia: hic dicis non posset ab eterno, suum ipsis extitis dare. se speculator. CHRISTIA. Cernis ergo cum ex carnalis oculi visione ad diuinam eleuaris: exteriora, in interiora esse resoluenda. Diuinus siquidem oculus, aut omnino non indiget speculo: aut speculo utitur interno. Verum enim uero ille potius nullo indigere speculo sentitus: quod hoc tibi ratione promam. Species carnalis oculi, qua sustinuit in speculo: accidens est an substantia? IVDAEV S. Accidens est. Nam ideo est in speculo: quia per se subsisterne nequit. CHRISTIANVS. In hoc enim ipsa carnalis oculi species: carneum imitatur oculum: ut pote quicunque substantia sit: tam haud per se subsistit: sed in alio, ut in capite defertur. Sicut ergo ipsius oculi spherula, indiget esse in alio ut in capite: ita & eius species subiecti in quo recipiatur: ut speculi: se indigam esse ostendit. Caterum diuinus oculus: substantia est vel accidens? IVDAEV S. Substantia est: immo vero supersubstantialis substantia: omni substantia, sine proportione eminentior. CHRISTIANVS. Per se igitur subsistit: & in alio nullo. IVDAEV S. Per se: nam prius diximus deum esse libetum ac totum oculum. CHRISTIANVS. Hic ut seipsum videat intueaturque: nonne etiam ad instar carnalis oculi, suam ipse gignit speciem? IVDAEV S. Arbitror haud aliter diuinam completi posse visionem. Rationabile enim est eum oculum: qui causa est, ut carnalis oculus fecundus sit suorum prolatorum speciei: maxime esse fecundum suamque pariter profere similitudinem ac speciem. CHRISTIANVS. Ea species quam diuinus oculus, de seipso profert ac gignit: ac cedens est vel substantia? IVDAEV S. Satius est dicere: eam esse substantiam. CHRISTI. Quam ob causam? IVDAEV S. Quia in deo: nihil est dissimile. Diximus autem diuinum oculum: esse substantiam. Quare & eius speciem siue imaginem: reor pariter esse substantiam suaque veritati consimilem. CHRISTIANVS. Sane. Nihil enim dissimilitudinis: deo per omnia simili atque uniformi est ascribendum. Ipsa igitur diuinum oculi species, cum

De Trinitate.

IIIIV sit substantia: eger ne subsistere aut proferri in speculo: IVDAE. Nequaquam. Nam substantia proprium non est: in alio subsistere. Diuinus autem oculus: est liber, absolutus ac per se deges oculus. Quocirca & eius specie: liberam, absolutam ac per se subsistentem esse coniicio. CHRISTIA. Est ergo diuinus oculus: ut per se oculus, absque vlli species fulta. Diuinus quoque oculi species & naturale obiectum: est ut species per se, absque vello speculo. IVDAEV. Id prius fas si sumus: quando diuinus oculum, diximus esse ut sphaera undecunq; videtur. CHRISTIA. Ceteris ergo ex visione carnalis oculi, ad diuinam visionem ascendiendo: dissimilitudinem esse soluendam in similitudinem: hoc est accidens in substantia: seu accidentaria specie, in substantialem speciem: & emortuam in viuentem. Insuper & ex parte oculi, demendum esse caput: cui carnalis oculus infixus est. Ex parte vero ipsius speciei: tollendum & tescandrum esse speculum: in quo figitur & subsistit: accidentaria carnalis oculi species. Nam diuinus oculus, sicut nulli capitum insitus est: ita & eius species, in nullo speculo subsistit. Sed nunquid superat quicquam ex analogia carnalis oculi: ad diuinam aciem immutandum? IVDAE. Ignoro quid immutandum supereret. CHRISTIA. Corporeus oculus & eius species quae in speculo est: unum aliquid sunt secundum substantiam: an diuersa & separata? IVD. Manifestum cum caro oculus capitum insit: & eius species, in speculo resideat: ea esse substantialiter diuersa atque separata. Nam & interstitite aere aut aqua: hec ab initio penitus disiuncta cernuntur. CHRISTI. An haec ita se habeant in diuino oculo & eius specie? IVD. Minime: quandoquidem factus sim diuinus oculum haud extra se: sed in seipso propriam gignere specie: quam ideo arbitror sic ipso oculo insita esse: ut ab illo, nullo pacto disiungi valeat. CHRISTI. Sunt ergo diuinus oculus & eius species: una substantia: sine sui divisione in oculum gignente, qui est ut potentia: & oculum genitum, qui est ut obiectum: & in utriusque speciem, ipsi actioni persimilem: discreta atque numerata. IVD. Diuinus totius oculi numerum: iam abunde compertum habeo. CHRISTI. Agnoscis igitur: quanta sint ex predicta analogia immutanda: & quomodo cautius ex ea, ad diuinam visionem: recta singulorum proportione seruata, quempiam cleuariri oporteat: Hac enim immutanda esse docuimus. Accidens inquit resoluendum in substantiam: de medio a diuinis specie speculum: & a diuino oculo, caput: ut utrumque deo probetur absolutum & per se subsistens. Denique inconfinalitate oculi in co-substantialitate: salua tamen personali distinctione resoluenda. IVD. Agnosco quod voluisti: & diuinus totius oculi, in extremitos oculos potentiale videlicet & obiectitum: distinctione salua eorum substantiali unitate, liquidius intueri. Potentiam quoque siue primum oculum: secundo & obiectitio oculo praestare originem: ex carnalis oculi similitudine comperio. Sed perge nunc de tertii seu medii oculi: ab ambus extremitis origine atque processu absoluere: hoc enim supereft in discussum. CHRISTI. Si id ut su & origine polliciti sumus: per lumen efficere conabimur (nam tertium oculum similem lumini esse ratione me luimus) paulomagis arduum erit. Quippe lumen: quo mediante, carnalis oculus suam in diu ab extremitate speculo imaginem conspicatur: cum a sole aut alio quoque luminoso corpore depedeat: nullo pacto ab ipso oculo, & ab eius specie excepta in speculo: proferi & emanare iudicat. Quapropter aut alio medio, que lumine: nobis videntur est, aut alia quadam analogia: quae uidetur medium ab ambobus extremis emanationem processumque edoceat. Porro si alio medio que lumine: Quorunque, inter oculum & speciem uti voluerimus: hoc ita demum faciemus. Audisti ne ea esse quodam opere ritudinam philosophorum opinionem: dicentium visionem omnem fieri haud ex simplici irradiatione sensitiue potentiae ut oculi: neque ex sola irradiatione sensibilis obiecti, ut naturalis speciei ipsius oculi: que in speculo vicem obtinet obiectum: sed ex uniformi & in medio concurrentem amborum irradiatione? Nam dum hinc a videtur potentia ut ab oculo: illinc vero ab obiecto id est ab ipsius oculi specie: manantes radii, subtilesgo spiritus sibi initium in medio oculi.

Dialogus. II.

Fo. LXIX.

currunt: inde oritur pceditq; ipsa visio: quē est amboꝝ extremoꝝ, oculi scilicet & naturalis eius specieꝝ; verus actus & naturale spiramen. IVD. Hanc opinionē crebro recenserū audiū: q̄q de eius veritate hactenus addubitauerim. CHRI. Hęc haud parū nostro pposito cōgruit. Neq; enim pfecto absona est: neq; sua caret intelligentia: q̄q a plerisq; cōfutari soleat. Oculus em̄ nunquid viderē natus est: & eius species nata videri! IV. Hęc prius in confessio habita. CHRI. Cupit ergo oculus suam speciem viderē: & species ipsa expetit videri ab oculo. IVD. Cupiunt (vt aīs) hęc ab illo videri: & hanc ille conspicari. CHRI. Stant em̄ ad idē regiōne & ex opposito sūsinuicē: vt cōmodius sibi mutuo obīciantur. Cūq; ad hūc modū: erigiōne & ex opposito sui collocant, vt oculus & speculū: arbitratīs nc pcedere ab vtroꝝ aliquod spiramen: IVD. Ignorō quid respōdendū: CHRI. Id sane quod dico necessitatēm habet magnā. Nam si vtrīng; ab oculo & eius naturali specie: nulli manaret intercederētq; radii: quomodo videret oculus aut quopacto eius species ab eodē cerneretur? Cōfiunt em̄ in medio amboꝝ spiramina: tendentia in vnicum & simplicissimū amboꝝ actum: quā visiōnem nūcupamus. Hęc tamen tria vt prius diximus vñiuū, visibile, visio: eiusdē oculi se ipsum videntis explicat vñtrinitatem. Ex huius ergo opinionis persuasiūla: intellige si cut in carnali oculo, ita & diuino in oculo tertium oculum spiramen esse amboꝝ extremitum oculog; p̄imi inq; & secundi. Huūusmodi quippe spiramē q̄q ex ambob⁹ extremis detinetur: idem tamen est & vnicus extremoꝝ actus: quē quidē tertiu oculum nūcupamus: ab extremitis oculis inseparabilē & iūsdem cōsubstantialē. Cum em̄ in diuina substantia, nihil sit nisi substantia: & in diuino oculo, nihil nisi diuin⁹ oculus: impossibile est extremitū spiriti, ab vtroꝝ manantē: aut esse accidens aut non esse oculū. Id ipsum enim spiramē: nō minus est substantia, nec minus itidem oculus: q̄ extremiti oculi. IVD. Hęc ratio persuadet tertiu diuinū oculū spiramen esse extremoꝝ oculog; hoc est oculi p̄imi & oculi secundi: quē p̄imi, naturalē vocam⁹ speciem. CHRI. Si superior opinio, tibi aut subobscūrior, aut min⁹ forte vera videat: aliū si voles sensibilibus analogiis intentum concludam. IVD. Nihil audire recuso quod vēritati opītuletur: eāq; magis confitmet. CHRI. Nā sicut lux luci addita, luce itēdit efficitq; illūstriorē: ita & analogia analogiē, aut certe rōni ratio accumulata: ipsam vēritatē magis approbat redditq; euīdētiorem. IVD. Perge igitur & aliis similitudi nibus: p̄esentem sanctare veritatem. CHRI. Testam̄ sacra eloquia: Adam humani generis patrem, ex nullo hoīe duxisse originem: sed esse hominū primū, cunctoꝝ parentē. Euā vero hominem secundum: ad quandam p̄imi hominis imaginem ex ipso primo hoc est ex Adam pependisse. Abel autem hominem tertium: nō ex primo tantum, neq; solum ex secundo: sed ēque ex primo & secundo vt ex Adam & Euā, naturali generatione prodīsse. IVD. Hęc similitudo cum permultum & facilis & sensibilis sit: mihi statim id quod subobscūrius & vmbraiſliter cernebam, clarius adaperit: geminosq; diuinag; personag; ex seiniū: cem ortus: id est generationē extremiti ab extremito: & p̄cessum medii ex ambobus extremitis, omnino mihi persuadet: ita vt de ea nihil amplius addubitem. CHRI. Adam p̄im⁹: a nullo hominū substantiā accepit. Ab ipso vero: secundus homo id est Euā naturalis ipsi⁹ imago: substantiā mutuauit. Postremo mediū Abel qui est aborū copula amor nexus & vniō: ēque ab ipsis duobus naturali generatione p̄cessit. Et sicut Adam homo est: ita & Euā homo & Abel homo. Quemadmodum & in diuina discretionē: gignens est deus, genit⁹ de⁹, & procedens deus. Sed quod in deo est vnum substantia & appellatione: in homine est dū taxat vnum specie & denominatione, Adam siquidem Euā & Abel: specie & nomine sunt vnuſ homo. Substantia tamen diuisi & abinuicem separati. IVDæus. Hęc ergo similitudo haud per omnia deum imitatur. CHRI. Haud possibile est vt analogia eadem quoad

K

Sensiblē
lis simili
tudo di
uine trī
nitatis,



XVII. De Trinitate

omnia sui: diuinis explicit proprietates. Id enim variis similitudinibus occurrit facundus. Nam quae diuinam vnam proprietatem pre se fert: ab aliis proprietatibus interdum diffidet. Ut praesens analogia ex Adam, Eva, & Abel sumpta: diuinos quidem progressus, diuinaque quoque personarum simplicitatem & equalitatem refert. Earum tamen neque substantialem unitatem: neque eternitatem attestari valet. Adā enim Eva & Abel licet & originis progressus & substantiae equalitatem seruent: a substantiae tamen unitate & temporis equalitate labuntur. Non enim sunt unus homo substantia: neque simul exorti sunt: sed prior tempore Adam, posterior Eva, postremus Abel. At in diuinis personis nulla est inducenda substancialis diuino: nulla quoque prioritatis aut posterioritatis successio. Si enim nunquam fuit deus absque naturali perfectione sui: haud unde etiam substituisse credendus est, absque vero & integrimo suarum personarum numero: qui trinitate consumatur. Nam sic perfectioni annexa trinitas est: ut nulla perfectio, trinitatis exors reperiatur. Pater ab eterno (quippe qui bonus & profusius sui est) genuit filium: nec fuit aliquando pater absque filio. Rursum a Patre & Filio: ut semper & aeternae bonis: Spiritus sanctus ab aeterno processit: adeo ut neque natura & vis neque intelligentiae captus: aut Filium a Patre, aut Spiritum ab utroque: tempore & duratione abiungere & separare queat. IV. Liquet praesentem analogiam sumptu. Ex Adam, Eva & Abel: congruere diuinorum personarum trinitati, similitudini & equalitatibus inferendae. Earum tamen substantiali unitati, identitati & coeternitati coniiciendae esse incommodum. Substantiali quidem unitati: quia tres humanae personae Adam, Eva, Abel (etsi specie consimiles tum substantialiter atque humanitate aequales) substantiae diuersae sunt. Coeternitatis vero: quia originis, duratione & tempore differentes. CHRISTI. Difficile fane est ut mens nostra sensibilis freta administriculis quibus ad altiora nitatur: ipsa sensibilitas administricula ac signa, primogeniti suis veritatibus ex toto aqua ac integre respondentia experitur. Omne etenim sensibile signum iuxta aliquid sui: dispar ac dissimum ei reperiatur, cuius est signum.

De animi ad deum analogia. Porro si ad animi analogiam confugere voluero (Est enim tria animi portio atque facultas: intellectus, memoria, voluntas) reperio hanc priore paulo esse efficaciter. Haud tamen usque adeo exactam: ut non aliquantis per a diuinorum personarum mysterio diffideat. IV. Didici frequenter animum his ternis facultatibus praeditum esse: quarum comoditate fiet, scilicet agnoscat. Constat ergo eundem proximum esse & efficax vestigium: diuinę trinitatis. CHRISTIA. Est quidem proximum & permultum efficax eius vestigium: ceterum in aliquo ab eo diffidens. IUDAEVUS. In quo: CHRISTI. Edisseram primum in quo conueniat: coueniē deinde in quo diffideat. Competit enim diuinis personis animus: in substantiali earum unitate enunciada. deinde in tria discretione: in similitudine, in progressione, in ordine & sufficiencia earundem. IUDAEVUS. Horum causas: sigillatim enucleato. CHRISTI. Intellctus, memoria, voluntas: sunt eiusdem animi substantialia & idem imparabilis anima: cuius non est ullam harum quas diximus virtutem: seorsum a ceteris accipere. Animus enim cum & incorporatus & vere unus sit: diuidi nescit. quandoquidem ea que diuisione admittunt: aut corpora sunt veluti ligna & lapides: aut cōfata ex diuersis naturis: ut homo ex anima & corpore. Purus autem spiritus ut angelus, ut animus, cum sit & corpore quantitatis expers & omnium dissimilium naturarum compaginem diffugiat: in plura quoque diuidi recusat. Semper igitur unus & integer est animus: cuius intellectus & memoria: & memoria: medię voluntatis nexu in unum conspirat. Hec de unitate animi: diuinę substantialē isolabile nodū atque unitate palam enunciātel V. Dicā nō nihil de discretione eiusdem. CHRISTI. Ad id spectat animi discretio: quod non vna tātu vi: neque duab⁹ solū virib⁹ flecti in seipm anim⁹ potest: sed triū ad min⁹ virtutem ut in seipm redeat: illū subire discrimen oportet. Nā absque memoria, haud secund⁹ ociosus est intellectus.

Discretio animi.



Dialogus. II.

Fo. LXX.

lectus; q̄ absq; retentione & cōseruatione specier̄ & superfluit earum acquisitio, aut q̄ absq; stomacho, cibos intus receptante; irrita est & cassa ipsius alimonie per os immisso. IVD. Manifestum est eo modo irritū esse conatū intelligentie obitatem memoria; quo & oris officiū abiūctū a stomachi opera; perperam esse declaratur. CHRI. Nō modo intellectus absq; memoriae occurrit; probat̄ ociosus; sed intellectus & memoria sublatō voluntatis opere; incassū esse concinuitur. Perinde atq; oris & stomachi officia; dēpta cordis sumptā alimoniam in sanguinem cōvertentis opecula; nequaq̄ corpus alere sufficient. Voluntas em̄ partas ab intellectu & retentatas a memoria animi diuinitas; in opus & actū cōtēplatiōis sedula & officia profert. IV. Video etiam adiiciendū esse opus voluntatis operi intelligētię atq; memorię; vt totus animus spiritali intellegentiū specieq; suffitū cōmode imbuat, saginetur, alatur. CHRI. Poteſt igitur animus; paucioribus q̄ ternis p̄ditus esse viribus! IV. Haudquaq̄. CHRI. Est ergo trīna illius discretio; sub modo diuini vestigii summe necessaria. IVD. Est. Aliter namq; animi cōtēplatio saluari nequit. CHRI. C̄nic audi de animi similitudine. Animi He tres quas diximus animi vires; spiritales an materiales; corporeas an incorporeas sūt! IV. similitud Existimo eas spiritales esse & incorporeas; qualis etiā totus est anim? CHRI. Probe. Nam do. diuidā alteritatē, materialē & quātitatē omnē refugit anim? : cui⁹ oēs portiōes & iter se & cū toto animo; eiusdē naturę & cōparis substatię sunt. Est itaq; exacta in aīo naturaliū ipsi⁹ portionū similitudo. IVD. Post discussam animi similitudinē; de p̄gressione & ordine potentiā ipsius, sermo est habendus. CHRI. Progressio & ordo viriū animi inde p̄mendus est; q̄ prior est intelligētię opatio; actu & operatioē mēoriar̄; & prior rursum actus & opatio ambar̄; functione voluntatis. Nā nihil habet memoria; nisi ab intelligētiā; nihil voluntas; nisi ab utraq; quēadmodū nihil habet stomachus; nisi ab ore in se traductū. Nihil quoq; dīgerit cordis calor; nisi quod ab ore prehensum & in stomacho receptum. IV. Ex his animi progressio ordo dilucescit; per quē, vnius ab uno, & vnius a duobus perspecta est origo; seu quō manifeste indicatur fieri motus & operatio animi; ab intellectu in memoriam & ab intellectu atq; memoria in voluntatē. CHRI. Eodē argumēto animi equalitatē cōclude. Nā si nihil habet mēoria nisi ab intellectu; & si rursum nihil p̄hendit cōcipitve intellectus, qđ illico non cōmēdet mēorię; quō aut ītellec̄t⁹ mēoria; aut mēoria ītellec̄tu maior vel minor esse q̄at! Et si iteq; nihil apli⁹, qđ p̄hēsat intellect⁹ & retentat mēoria; voluntas in actu cōtēplationis reduc̄t; nequit voluntas non esse ambabus viribus adēquata. IVD. Imitatur igitur anim⁹, in hac etiā suar̄ virium equalitate; diuinās personas. CHRI. Hoc est quod proximo clausi argumento. IVD. Superest; vt de animi sufficientia certior fiam. CHRI. Sicut discretio animi; ea est quē nō pauciores eidē, q̄ tres ascribit vires; dicens non posse animi cōtemplationē, sub vna aut duabus tantū eius portionibus absolui; ita modo eius sufficientiam esse intellige; quē quattuor aut plures facultates animo īnēsse negat. Nam sicut corporea nutritio in his trib⁹ cibī inquā sumptione, retentione ac digestione consistit; ita & animi pastus pari p̄portiōe trib⁹; id est intellectualiū specier̄ acquisitiōe, retētione & interna earum speculatiōe; quā meditationē seu contemplationem nuncupamus; consumatur. Qui em̄ exercendē contemplationis causa; quartā aliquam vim, ipsi animo īndiderit; is nullum eius; cō facultatis vsum aut officiū reperiēt. IVD. Intelligo per animi sufficientiā; eomo. lo. maiorē ternario numer̄, edocēti superfluū; quo p̄ priorē discretionē, numer⁹ ternario minor vt, vnitatis vel dualitas; monstrat⁹ est meditatiōi insufficiēs. CHRI. Sigillatim te certiore feci de animi substatiālī vnitate, discretiōe, similitudine, p̄gressione, equalitate & sufficiētiā. Per quas quidē p̄prietates; constat analogia animi ad diuinās personas; esse certas longe efficaciorē. IV. Nō modo in quibus animi analogia diuinę consentiat trinitati;

Aequalitas animi.

De sufficiētia animi.

De Trinitate

sed in quo etiam dissonet, te nequaquam silentio preteritus spopodisti. CHRI. Cupis audire in quo a deo dissidet animi portio? IVD. alioquin integrum animi scientiam haudquaquam nascatur: nisi ut eius positiones & similitudines: ita & eiusdem ablationes ac dissimilitudines discantur. CHRI. Quem animi Tres pertinunt animi ad deum dissimilitudines. IVD. Quem. CHRI. Prima ex natura distinctioni ad cretios animi. Secunda ex progressione & origine potestia & facultatum ipsius. Tertia ob naturam deum dissidi accidet id est intellectualis speciei: quia in meditatio ait adesse oportet. IVD. Qualiter militudinem ex natura suae discretiōis dissidet a deo animus? CHRI. Quia postea est diuina discretio: distinctiones & numero animi: diuinus enim numerus est persona numero. Animus autem numeroitas: haud persona De prima sed naturalium virium & facultatum discretio appellatur. Neque animi nomine: haud eopacto copiam animi titutus in cuiusque ipius facultati, quo diuina appellatio cuiuslibet diuini discretiōis supposito congruitudine. re cernitur. Intellectus enim, memoria, voluntas; in nichil quod animus sit: haud tamen singulare ergo est animus. At vero in diuina substantia: Pater est, Filius deus, Spiritus deus. Et rursus omnes tres: sunt in uno deo: IVD. Cogitatio ex natura sua dissidere animi distinctionem a diuino numero: neque esse persona nomine, animi facultatibus ascribendu. CHRI. Nihil ergo de secunda animi dissimilitudine velterus differendo progressari. An obsecro prima animi portio, quam intelligentia membrum? genitum secundum id est memoria: IV. Ostensus est prius: nihil habere memoriam, nisi ab intellectu: omnemque enim plenitudinem derivari a priori intelligentia. Quapropter nihil forte erit incommodum: memoria ab intelligentia gigni: & ab utraque pedere voluntatem. CHRI. Vis recens ea quod incommodum sequitur: memoria gigni ab intelligentia & voluntate ab utraque. IVD. Si id sentire arbitraris errorum: Erroris pone illico quantum sit error. Nam ut legimus in Job si insipieter sum locutus: ipse me reprehendo. reproba. CHRI. Si prima animi portio id est intelligentia, gigneret secundum, hoc est memoria: & ab extremo pferret tertiam id est voluntatem: totus animus procederet in esse diuidus: ut pote cuius prius duxat portionem id est intelligentiam: deus in instanti precrearet. statuens ut postea memoria ab ipsa intelligentia: et voluntas ab utraque, sumeret originem. At vero ut veritatem inheretamus: dicendum potius est neque memoria ab intelligentia: neque voluntate, ab utraque exoritur: sed totius animi cunctasque eius vires & naturales facultates: repetere a deo precreari, haud prius intelligentiam quam memoriam: neque prius utraque: eaque, quam tertiam voluntatem. Animusque propter, ut substantia imprimitur: ita & in partibili tempore: ut in instanti temporis a deo percreatur. Ac perfecto magis absoluatur: in ortu animi, tempore ratiandi inducere successionem: dicendo eius facultates aliā post aliā: & aliā ex alia emersisse: quod dicere coelestes angelos, aliū ab alio ortū duxisse. Quod enim angelis competit in genere aut specie: id humanis animis (quod eiusdem sunt specie) neque in specie: sed in singulari & individuali adesse repetit. Nam sicut ab angelico genere aut specie: demenda est originis successio: ita & ab humani animi individuali. IVD. Si crearetur repetere temporis animus: quoniam est in eo, ab intelligentia in memoria: & ab utraque in voluntate progressio: CHRI. Hec enim animi de qua locuti sumus progressio: haud est portionum ipsius ab sensu uicem origo: sed intellectualis speciei: ab una in aliā, ut ab intelligentia in memoria: & ab utraque in progressio. IVD. Hec enim intellectualis species: haudque ad essentiam spectat animi: neque pars aut portio ipsius est: sed secundum, habitum, eruditio, plenitudinem & pastum animi molitur. Accidit enim hanc esse ait: quoniamque aut eius circa mundum negotiatio aut proprio opificio perficitur. IVD. Progressio itaque animi: haud est portionum ipsius ab sensu origo: sed intellectualis speciei: de portione in portionem traductio. CH. Si id sensibili & fere oculo tenet, scire voleas: recurre ad solitam oris, stomachi & cordis similitudinem. An enim stomachus: ab ore ortus ducatur: IVD. Neque. CHRI. An & cor ab ore & stomacho, substantiam accipiat: IVD. Minime. CHRISTIA. Hec tamen tria: os, stomachus, cor: in corpore alendo, naturalium officiorum seriem & progressionem seruat. Alimoniam quippe ab ore in primis captatam: in stomachum deuoluit: in quo a corde digesta: sui demum in singula membra distributio, in universum corpus refouet. Hec vero progressionis haud est corporeaque prius, ab sensu origo: sed solius alimonie, de parte in parte traductio: parac simili fluxui & progressionis intellectualis speciei per animum: ab intellectu, per

memoriā in voluntatē. Est em̄ ipsa intellectualis species; inuisibilis esca & almonia animi
 sic ipsi animo accidentaria & ab extrinseco ducta; quēadmodū & corporeus cibus est corpo-
 ri accidentarius; & aliunde eīdē aduentitius. Interest tamen aliquātulum; q̄ corporea qui-
 dem esca; in corpore fluxa & resolubilis est. Pastus vero animi, nequaq̄ in illo interit; aut yl-
 la resolutione vanescit. Nam vt in libro de intellectu exposuimus. Memoria fidelis est &
 immortalis intellectuali afferuattīx specier̄; quod semel est facta semp est; easq̄ species iu-
 giter seruat; quas semel imbibērit. Corporeus autem cibus; a corpore labitur atq̄ in illo cor-
 rumpitur. Adiiciā & aliā ambarū escaq̄ differentiā; q̄ corpus dūtaxat peregrino extero &
 aduētitio vtī alimēto. Vis em̄ illi deest; qua intra seipsum, ppiā almoniā cudat; seq̄ itus
 alat. Animus autē duplicit̄ alit esca. In initio quidē vt practic⁹, vt imbecillus, vt materna ad Animi s
 huc exigēs vbera; peregrinā a mūdo emendicat excipitq; almoniā. Vbi autē maturus inte
 ger et sui compos euafit; nequaq̄ amplius mundanas substantias, captandae causa propriet
 alimonie plambit; sed a mūdanis auulsus vberibus, sibiq; ipsi intētus; verior̄ specier̄ suffi-
 tum in seipso cudit; seq̄ ipsum, congenea esca intus alit. IVD. Agnosco ex his, omnem
 corporis almoniā; esse peregrinam & aduentitiā. Animī vero escā; aliam quidē peregrinā.
 Aliam vero intus cōceptam ac genitā, duplice quoq̄ inde promī animi statum. Aliū tenel- Duplex
 sum atq̄ infantilē; quo vivit & alitur vt planta; hērens vberib⁹ mūdi. Aliū maturorē; quo animi
 nequaq̄ a mundo, sed a senetiō ipso alitur. Corpus autē nequaq̄ seipsum alere posse; sed semp status,
 illud oportere adesse mūdo; vt ab eo peregrinam mutuet escam; deinceps & escā quidē cor-
 poris fluxā labilem̄ esse; & eā in corpore corrūpi. Animī vero almoniā vt imortale & icor-
 ruptibile; nequaq̄ in illo deperire, euanescere, resoluī; sed iugiter eadē, integrā & illibatam;
 in eo pmanere. CHRI. Agnoscis ne eriā secundā animi ad diuinās psonas dissimilitudinē!
 IVD. Hanc etiā satis ex dictis cōpertam habeo. CHRI. Quæ est ergo illa! IVD. Qz diui-
 ne quidē personē; ex seūicē, scđm substātiā oriunt. Nā prima; gignit scđam. Et ambē extre-
 me tertia spirant. Animī vero portiones, hisce personis respōdentes; haud quaq̄ hāc substā-
 tialē, mutue originis pgressiōne seruāt. Haud em̄ intelligētia gignit mēoriā. Neq; ab itelli-
 gēria & memoria; exorit volūtas. Animī quippe pgressio; traductio est solius intellectualis
 speciei; quē trīna positione & situ; in animo cōversat; nunc quidē captata aut parta ab intel-
 ligentia; nūc cōmendata mēorię inq̄ illius promptuario deposita & reseruata; nūc deniq̄ p
 voluntate, relata e mēorię scrīnīs; & p ipsius cōtemplationis actū; inter intellectū & mēoriā
 versata, librata, trutinata, quēadmodū & ipsa corporis esca; prius oris officio manditū; de-
 finde ab stomacho excipit; q̄ digestiō cordis ignī, coquenda & in sanguinem vertenda sub-
 ficiatur. CHRI. Quid nobis supereft discussa est tertia animi dissimilitudo; IVD. Nondū discussa est tertia animi
 dissimilitudo; & ei⁹ cū diuinis psonis disproporū. Tres em̄ eē dixisti; animi ad deū dissimili-
 litudines. CHRI. Opus est ergo vt hēc tertia animi dissimilitudo; tibi pariter adaperiatur.
 Diximus in deo nihil esse prēter deū; purāq; esse illius substātiā; om̄i accidētium in hēsione
 eminētiorē. Hacten⁹ igit̄ diuina cōteplatio & sapientia, diuinę afferuātīx trinitatis; hūani ani-
 mi cōteplationi & sapientiē, dissona dissimilitudo reperitū; q̄ illa absq; vlla specie aut acci-
 dente inserit; hēc vero, per habitū accidētis vt intellectualis speciei exercet. Arbitrariis hāc
 exiguā esce & contēnendā animi ad deū dissimilitatiā! IVD. Haud cōtēnēdā esse video. quip-
 pe q̄ edoceat humāna mētē id dūtaxat in accidēte moliri; qđ diuina mēs ī substātiā cōplet.
 CHRI. Nā internū hūani mētis opificiū accidēs est; hoc est intellectualis norio. Atvero ar-
 cana diuī mētis foecūditas qua seipam noscīt; pat est eadē & cōsubstātiālī substātiā. IVD.
 Nū plurib⁹ q̄ p̄dictis trib⁹ dissimilitudinib⁹ nōst̄ anim⁹ a deo differt! CHRI. Nō iuxta
 cōteplatiōis naturā; seu quoad discretionē naturaliū ipsi⁹ portionū atq̄ facultatiū, luxta tñ

K iii


Tertia
 animi
 dissimili-
 tudo

Tres alię ipsius substantiā: ternas itaq; animi cū deo dissimilitudines cōperio: quas qā cāteris etiam
 animi cōmunes sunt: ideo recensere noluerā. IV. Has vtcīq; pfer in mediū: quaten⁹ me
 dissimili tudines nulla animi cū deo dissidētia, prētereat: sed vt ei⁹ cōueniētia sita & oēs differētias agnosca.
 CH. Nostri deū ab ēterno esse: q̄re & icreatū. Animū vero neq̄q; ēternū: sed ēquiterū esse & a
 deo pcreatū. IV. Dicidī nulli creature: sed soli deo, peculiare esse ētinitatē. CH. Dicidisti rur
 sum: solū deū īmēsum esse substatiā. Animū vero & oēm creature: finit⁹ & mēsurabilis esse
 substatię. IV. Nā īmēitas substatię: anexa est soli ētinatati. CH. Audistī deniq; dcū seu diu
 nū actū abiūctū esse a materia: humanū vero natura īsitū esse materie. IV. Id prius discus
 sum est: qn̄ ostensus est diuīn⁹ actus: esse velut totus, liber & absolut⁹ oculus: q nulli īsidēs
 īfixus ve capiti: vnde cūq; semp oīa, p totius abitū sphērē videt. Hūan⁹ vero anim⁹ qui
 īsit⁹ materie: esse vt oculus capiti īfixus: nequaq̄ ītegrā & pfecta sphēcitate: sed solo
 hemispherio vidēs. CH. Ex his igit̄ alias qdē tres: sed cōes, animi cū deo seu diuino actu dis
 fidētias colligito: dicēs supari a deo animū ētinitate, īmēitate, & abiūctiōe materie. Anim⁹
 q̄ppe ēquiterū est, finit⁹, materię addict⁹. Porro discussis hūani animi, cū deo & cōcurrētiis
 & dissidētiis, nūl demū reor supesse: nūl vt noster fīmo (q̄ppe lōgi⁹ p̄gresus & p̄modū fa
 tiscens) mature cohīeat. IV. Si q̄s adhuc noris similitudines p̄senti p̄posito cōducētes:
 ne oto illas supprimito. Haud em̄ etīt mihi pertesa aut plūx̄or oratio: q̄ aliarū siūlitidū &
 analogiarū succo atq; medulla me refoueat. CH. Cōplures ad id similitudines libro de sa
 piente īscriptim⁹: inde ab uno quoq; de promēdas. Ibī em̄ solē docuim⁹ fontē esse totius sen
 sibilis lucis: & a nullo alio lucido corpore capessere lucē: sed eā habere a seipso: lunā vero illa
 straria sole: & terrā ab vtroq;. Quocirca solē quoad lucis p̄prietatē, Patrī: lunā Filio: terram
 vero, Spīritui sancto respōdere. Itē nube sursum ī aere pēdula: tria tantū p̄fēti, qb⁹ terra
 īmpregnēt: Pluuiā, Niue, Grādinē. Ex arbore quoq; tantū tria enasci: foliū, florē, fructū. Sed
 quid plus equo ī his motor? Vt em̄ nullā artiū ac disciplināq; putas exortē esse vestigiorē
 diuīne trinitatis: sigillatim p̄ oēs discurres, edocere te possum: quopacto oīs artifex ternariū
 Oim di obseruet. IV. Vbi hoc discursu: singulis artib⁹ ac disciplinis, īesse ternariū me edocueris:
 sciplina p̄senti sermoni finē vt voles īpone. CH. Ab īmīs igit̄ artib⁹ atq; disciplinis: nobis ī
 rū discr choādū. IV. Quē sermocinariā artib⁹, trinitas īest: CH. Imprīmis sermocinariās artes
 sus. ternari⁹ distinguit. Tres etem̄ sūt Grāmatica, Logica, Rethorica: q̄ācille realiū seu natura
 liū disciplināq; sermoni cōgruitate, vtritatem & elegantia perpoliendo sedulā operā nauāt
 Grāma tice trīni IVD. Quē in singulis earum trinitas reperitur: In grammatica primū: CH. Congruitas
 ticas. quam sermoni īferre atq; īserere grammaticus curat: tria quadam concordia & conspi
 catione sancit. Prima: Adiectiū & substantiū, secunda: Appositi & suppositi. Tertia re
 latiū & antecedentis. Erit em̄ incongrua et īnepta oratio: quam discordia aut adiectiū &
 substantiū, aut appositi & suppositi, aut relatiū & antecedentis vitiarit. IVD. Quomo
 do logica sit ternarii obseruatrix: CHRISTI. Logicus crebriuscule ternariū īmitatur. Nam
 ternari⁹. īgram ac perfectam orationē hoc est veritati aut falsitati subnīxā: ternario componit ac
 neicit: vtpote subiecto, p̄dicate, & amborum copula. Quicquid item logicus tractat: aut
 termin⁹ est simplex, aut p̄positio, aut syllogism⁹, siue rōcīnatio. oīs itē termin⁹: ex vnapte
 aut gen⁹ est, aut species, aut īdiuīduū. Ex alia vero pte: aut ḡn̄is differētia, aut sp̄ei p̄priū,
 aut accidēs īdiuīduū. oēm deniq; syllogismū: cōplet logic⁹ ex terminis trib⁹ & p̄positiōib⁹
 totidē. Cernis ergo q̄ frequēs ī logica ternari⁹. IV. Cōstat circa tria logica īcubere: circa
 īq̄ terminū, p̄positionē, & syllogismū: atq; ī singulis horū pulchrie īesse ternariū. Sed quā
 Rheto tica trīnitas. habet Rhetorica trinitatē: CH. Rethorica est q̄ aut fīmōis ornatū & venustatē parat: aut
 quicq̄ p̄suadere nitit. Invtroq; vero horū: trinitas nō deest. Nā quī orōnē comit & ornat: aut
 p̄se siue iudicio aurū ipas voces appēdit, aut īimitatiōe nitit: aut ītēdū dicēdoq; nēcessitate

Dialogus. II.

Fo. LXXII.

artaf. Qui vero p̄suadere conat̄:is aut rationabiliū, aut verisimiliū, aut rerū gestarū narratiōni incibit. Insuper et ei⁹ oratio: his trib⁹ primordio, p̄gressione seu narratione & cōclusio ne texit. IV. A sermocinariis artibus: ad mathematicas transeūdū. Quē in arithmetica: tr̄i Arithmeticas reperiat: CHRI. Creber in arithmetica: se ternarius īgerit. Numerus em̄ par: t̄tinus thicus est specie: vt pote q̄ in pariter parē, pariter imparē & impariter parē d̄iducitur. Deinde aliter ternari⁹. rursum in pfectū, habūdantē, dimīnutū. Impar vero: tr̄in⁹ est & substātia & sp̄e. Substantia quidē: quia oīs impar, c̄lī in duo ēqua d̄iduci neq̄at: mediā quandā obtinet vnitatē, & quas totius portiōes vltro c̄trop̄ dirimente: vt quinariū media vnitas: geminos hinc īnde binarios abinuicē secludit. Specie vero: quia imparū alii sunt primi; alii cōpositi, alii ad alterum primi. Rursum in arithmetica: ex tr̄ina quadā ēqualitate: tr̄ina pariter simplicis īnāqualitat̄is species sumit exordiū: scilicet multiplex: supparticularis, supparties: idq̄ p̄cepto quodā tr̄ino quod est: primū, primū, secundū, primū, secundū bis, tertīū. in quo claudit septenarius: numerus cōsummationis vniuersorū. IV. Quis ternarius musicæ disciplinę: CHRIS. Musica disciplina: īn quinq̄ quidē cōsonatiis versat. Ear̄ tñ tres dūtaxat simplices & p̄cipue sunt: dyapason, dyapôte, dyatessaron; ceterę vero duæ: ex duab⁹ primis nectunt. Ad de p̄nusica ipa: aut vt speculatua, cōsistit ī mēte: q̄ p̄mit⁹ apud seip̄am īnuisibilib⁹ numeris canit: & suauē ī p̄priis exedris cōcentū atq̄ harmoniā fouet: aut vt practica nūc ore nūc māib⁹ exercet: ore qđē: p̄rōnabilitū vocū & sonorū cōcēt⁹; māib⁹ vero ī exteris organis: & qbusvis materialib⁹ īstrumēt⁹. IV. Quaten⁹ Geometria sit ternarii obseruatrix. CHRI. Geometria scrutatrix tr̄iū magnitudinū: lineę, superficie & corpori: q̄trū tria sit īterwalla: lōgitudo, latitudo, p̄fundū. Angulū itē tr̄inū esse docet: Rectū, obtusū, acutū. Triāgulū quoq̄ trināter partit: in ysopleurū, in ysoschelem & schalenū. Planarū deinde figurarū primā: tribus lineis claudit ac sep̄it omnē pariter planā figurā p̄ter circulū: in triāgulū resoluit & ex triāgulis componit. In circulo tria distinguit a totius area: centrū, dyametrum, cīrcumferentiam. Deniq̄ omnem solidā & corporeā angularē figurā: ex trib⁹ poligonis planis īfert: id est extrīgono, quadrato, pentagono. Nam ex trigono tria construit corpora: tetracēdron, octocēdron, ycoēdron. Ex quadrato vero & pentagono, singula: exacedron, do-decedron. Exagonus quippe nullum corpus gignit: vides q̄ crebrum obseruet Geometria ternarium: IV. Perge Astronomiē exponere trinitatē. CHRIA. Sol ī tribus pūctis: cōspicuus euadit. In ortu, ī meridię, ī occasu. Nā ī medię noctis pūctorū equāq̄ certi potest. Omnis rursum cœlestis substantia: aut cœlum est, aut planeta, aut stella. Sunt enim planetæ & stellæ: suis cœlis īfixi ī quibus defertuntur. Deinde planetarum cœli: p̄fertimē tr̄ipartito orbe d̄iducuntur. Extremis īquam deferentibus augem & oppositum augis: & medio eccentrico planetam deferente. Cœlestes motus sunt tr̄ipartiti. Aut em̄ fuit ab ortu ī occasum: vt p̄mē spheræ: aut ab occasu ī ortum: vt secūdarū lationū: aut a meridię ī aquilonē: vt mot⁹ octauē spheræ: q̄ fit secūdū latitudinē cœli. IV. In quo p̄spectua sit trinitatis emula: CHRI. Meministi ne p̄totis analogię oculi & speculi, IV. Memini. CHRI. Hēc ad perspectu p̄spectuā sciētiā spectat: q̄ circa oculū, specula & radios versat: hacten⁹ ternarii obseruatrix ue. IV. Morū philosophia: quē ternariū habet: CHR. Cū hēc differat de bono: tr̄iplex iprimis dicit esse bonū. Aliud qđē vtile: Aliud iūcūdū, Aliud honestū. Deinde oīm virtutē: ī medio extremis obſessam malis collocat. dīces Aliudquidē malū esse habūdās: Aliud deficiēs: vir tutem autem: nec superfluam nec dimīnutam esse, sed ī ēqualitate sitam. IVDAEV. Naturalis philosophia quibus tr̄initatibus īfistit: CHRISTIANVS. Huius est: rerū īdagare substantias. Atqui oīs substantia: aut est purus actus, aut potētia, mēte ab actu se- parata: Aut vtriusq̄ collectio & naturale hymē. Alias itē ternario dispartitū. Aliā quidem tr̄initas,



Musica
trinitas.

Geome-
tric⁹ ter-
narius.

Astro-
nōmica tri-
nitas.

Ternari⁹

K. iiiij.

XXXI De Trinitate

vegetatiuā: Aliā sensitūā: Aliā rationalē esse dicēs. Rursum oēm cognitionē, quadā trinitate metitur: statuēs illā fieri in potētia, in obiecto & amboriū specie. IVD. Edissere & metafīca trinitati physicā trinitatē. CHRI. Si sapientiae cōsideratio, est ipius metaphysicę pprīa: haud erit metaphysica exors ternarii. Est em̄ trīna sapientia: Alia quidē humana, Alia angelica, Alia diuinā. IVD. An & theologīa cunctarū humanarū scīentiarū apex; aliquam trinitatem timet. CHRIS. Cū noris theologīa cunctarum humanarū disciplinarū esse culmē intellige & huius esse pprīum, summā & exemplarē indagare trinitatē: cuius oīs nup allata inferiorū scīentiarum trinitas; est vmbra tile vestigium. Hic est verus, præcipius ac lucidissim⁹ ternarius quē ex omni reliquo ternario, tanq̄ veritatē ex similitudine claudere & sferre conatur. Oīs nāq̄ creaturarū ternariū: iudex est arcāni eius ternariū: quo ip̄a creatoris substantia intelligibiliter & intus: discreta appellat. In hanc igit̄ eminentissimā dei trinitatem: ex omni teliqua trinitate, fœlici assūrtione contendit. Hec em̄ est portus in quē presentis dyalogī natuum: prosperis vētis agere & in eo demū sistere curauimus. Ab eo igit̄ portu id est a tuta & secura diuinę vñitritutatis cognitiōe & fœlici scientia: tuæ pariter mētis carinam aut fide, aut ratione, aut analogiarum & similitudinū admīnūculis roborat am: ne rursum in pcellosum & instabile variis fluctibus equor auelli permitte: sed in eo stās immot⁹: & pertinacior existēs quibuscumq; ad falsa prēcipitatib⁹: a semel veritate comperta teip̄m inseparabilē exhibeto. IVD. ingentis est signū vesaniae: nolle acquiescere veritati: sed lōge summa vecordia atq; dementia: a pregustata & comperta veritate proterue resiliere. Hoc est em̄ lucem in nocuos radios oculis īgerentē vimq; illis īferentē: ab oculo(fese quopiā velamine aut obscurō corpore obtegente) indignāter repellit. CHRI. Deo igit̄ totius lucis fonti & mētūm oīm illūstrissimę lāpadi: gratias agito immortales: q̄ suum fulgorem in tuā mentis penetralia benigne īfulgere diisposuit: quiq; potens est tibi reliqua sacratissimę fidei adaperire mysteria: q̄ presens nostra deceptatio p̄tēmisit. Sicut em̄ aquę fontis magis est pprīum, vt in īma decurrat atq; defluat: q̄ vt fluvialis aqua ab ip̄o fonte longius p̄gressa, in summa & alta recurrit: ita & adiumento mens humana totius fidei scopulo: & eminentissimo ac super substantiali eius fonte: facilius ex eo tanq̄ ex fontana & primogenia luce: ī sequētū & sub obscuriorū fidei fulgorum riuiulos, naturali quodā cursu labetur: q̄ ex subobscuriorib⁹ & minus rutilis splendoribus: queat scandendo in immēse lucis pelagus euehi. Quapropter vbi sacram totius fidei initium: tibi a nobis pro viribus patefactum, tuę mēti īfedit: habenas presenti sermoni imponentes cetera eiusdē fidei arcana: diuinae prouidentię suam lucē singulis pro eorū merito īpartienti commendamus.

Secundi de Trinitate Dialogi Finis Anno domini M.CCCCC.XII.de cima die Martii in ædibus Carolopōtanis.



Cap. I.

FO. LXXIII.

CAROLI BOVILLI SANAROBRINI

LIBELLUS DE DIVINIS PRÆDICAMENTIS.

Libri argumentum.



Ríma genera q̄ generalissima & p̄dicamēta logici vocat: sūt de cē. Substātia, Quātitas, Qualitas, Adaliquid, Actio, Passio, Vbi, Qñ, Sit⁹, Habit⁹. Horū interrogata sūt. Quid, Quātū, Quale Cui⁹, Quid agit, Quid patit, Vbi est, Qñ est, Quō est, Quid habet. Et si igitur diuina substāntia: quippe excellēter oīa transcedens, nullo p̄dīcamētorū genere coercat. (Nā & substāntialis est & accidētibus caret. Et negi est substātia negi accidēns) in hac tamen denas rationes p̄fens libellus scrutabitur deq̄ ea sigillatim rogabit: quę sint omnium propria p̄dīcamētorum. In p̄mīs autem a substāntiæ p̄dīcamēto inchoantes:

percontabimur de deo quid est.

De predicamento diuinæ substatiæ Cap.I.



Videlicet deus:

Duo sunt quæ circa deū fruſtra interrogantur: si est deus; et quid est deus? Illud quidem ob summā euidentiam: & cunctis perūiam, diuīne substātia necessitatem. Iſtud vero ob ignorantiam & enodationis difficultatē ne dicā impossibilitatē. Nā sicut est summe necessariū & cunctis notum esse deum: ita maximū impossibiliū, scire & explicuisse quid deus. Dyalectorum rationabiles consequentię, sunt: necessarium inferri ex vniuersis. Impossibile autem ex nullis inferri. Ex his itaq; consequentiis: rite satisfit postulantibus, si est de⁹ & quid est deus. Nempe quia summa necessitas est esse deum: haec ex omnibus inferitur, adeo ut nulla sit pars creaturæ, quæ si esse dicatur: illico deum esse non eliciat. Nam si est materia: deus est. Si elementa sunt, deus est. Si mineralia, vegetabilia & sensibilia sunt: deum esse oportet. Si est homo: non potest non esse deus. Si celi sunt hic deum esse testantur. Si angelii subsistunt: vtq; necesse est & deum esse. Hoc enim pacto omnis creatura suo authori & creatori obsecuta: illū palam esse attestatur. Quapropter cum deū esse, nulli dubiū esset queat: vt pote quā ab omnibus creaturis necessarie entificatur: fruſtra quisq; interrogauerit si deus est, tanq; cuius esse, sit oī creatarū substantia: certius, notius, euidentius. Omnis enim contingētia: prioris, necessitatis est signū. Porro q; facile de⁹ ex oībus esse probatur: tā remur ardui: illum, quid sit, ex aliqua sustātiā scrutari. Nā hic & omnē substantiam et cuiusvis intelli gentię captū transcendit: qui iuxta veridicū eloquitiū: posuit tenebras latibulum suū. Quid enim aliud est deū, latitare in tenebris: q; illum transcendere omne nostrę cognitiōis, sciētiā & sapiētiā lumē. Hę siquidē tenebrae ut diuino Dionysio placet: sunt ī deo per excellētiā & nō per priuationē accipieđe. Nā tenebre priuatiōis: lumini subsunt, quales haec: quibus indocta mēs obſidetur, quas purę negationis ignorantiam nūcupamus. Excellentes vero tenebrae, trāſlūt lumē, ad q; nō pri⁹ hūana mēs subuehitur: q; ab imis tenebris & purā negationis ignoratiā ī mediū lumē profecerit, ac tādem omnis sciētiā & lumini terminos trāſlīs: ī desūlīm tenebris ens penitus ignotum et nullo fulgore explicabile admīretur: quod scire ignorare est & ignorare scire. Quāto enim magis mēs illi ignoto coniungitur: tāto se illius captū inferiorē esse videt. Simul illi coiungitur: & ab eo infinities abscedit, Vna & scientia & ignorantia mentis circa illud intendūtur. Nam maxime hęc mens deum nouit: quae se illi scire & contigere nō posse iudicarit. Quae vero deū cōphēdīse gloriata fuerit hęc ad diuīnū tenebrae & excellētiā pcūl eē cōfēstī arguit. CVñ sit ut quēadmodū q̄stionē, si de⁹:

Duo de
deo fru-
stra inter-
rogātur.
Dyalectī
ca conse-
quītur.

Divinorum Prædicamentorum

diluere queas per omnia quæ sunt: ita & interrogatio quid deus est: ex nullo ente discuti & exoluī queat. Ambæ em̄ per cunctationes de eo sunt ut omne & nullū: ut necessariū & im̄ possibile: ut lux & tenebre. Quā obrem vtrūq; velut cassum irritum & inane: fidicauim⁹. Discurs⁹ nō esse per cunctādū. Deus em̄ nec est ipa rerū imā & abiectissimā potentia, nec elemētaris diuinarū substantia nec subsistens est, nec viuens: nec sentiens: nec rationis particeps: nec est sphaera negatio mundi, nec cœlestis intelligentia: nec mens: intellectu, ratione & omnī cognitione superiorum.

Superest igitur ut post denarratum eorum omnium quæ sunt ordinē: quo ab imo ad sumum progressi: nullum eorum deo posse inseri docui⁹: in extremum nihil, quod cunctis subest relabamur, dicentes deum ob naturalis substantię immensitatē: magis cui dā nihil o

Obiectio & purissimē entium negationū, q̄ cūiū positioni & assertioñ euadere similiore. Et si obiecerit quis deum i sacris eloquii, semetipm diffiniſſe dicendo: Ego sum q̄ sum, dicim⁹ hāc non esse diuinæ substantiac inexplicabilē quidditatē. Attamen haud ab re diuinā substantiā: per geminatum & reduplicatum esse: humanis mentibus, seipam insinuare voluisse.

Quid re Geminatum em̄ & reduplicatiū esse voco: quod semel positiū & assertiū in subiecto: seipm̄ in dupl. prædictato, iterat, replicat, resumit. Ut Ego sum qui sum: deus est qui est. Id enī enūciādi getum esse nus inchoat ab esse & finit in esse. Nihil insup alteritatis, dissimilitudinis, priuationis aut negationis admittit: sed p̄ oīa exprimit summā entis vniiformitatē, simplicitatē, puritatem edocens id esse absolutū, vere ens, ab omnibus exceptum, nullius indigū sibi aeternē sociatū, in se reflexum, sese complectens, astans sibi ipsi, afferēs semetipsum. Sed cōplures ad eā diuinā enunciationē Ego sum qui sum: exorūn dubietates. In primis cur magis p̄ esse, de seipsum finiuit: q̄ per vitā, aut sensum, aut rationē, aut intelligentiā, aut mentē, quā doquā dem hēc, ipo esse sunt præstantiora: & ipi deo propiora ac similiora. Esse enī cunctis istis sub est. Nā menti, subest intelligentia. Intelligentiē, ratio, rationi sensus: sensuī vita, vitē essentia: quā deus, potiusq; vllum superiorē actū sibi met aſcripsit. Dicim⁹ igitur quattuor de

Dubietas. causis: diuinitatē per essentiā seipsam expressiſſe: Prima: quia cunctis superiobus actib⁹: & cōmuniōr & notior est essentia. Nam ceteri actus: ipsa essentia, rariores & infrequentiores sunt. Secunda: quia essentia ceterorū actuū fundamentū, radix & origo. Inchoamus em̄ ab essentia tanq; ab una radice: cunctorū actuū arbusculā: q̄ per vitā, sensum, rationem & intelligentiam: vſq; ad excelsissimam diuinę beatitudinē mentē: virentes ramulos p̄tendit. Nimirum igitur deus q̄ oīm radix, fundamētum & origo per essentiā tanq; per omniū actuū radicē seipm̄ explicuit. Tertia: quia negatiua theologia; magis nos inferit deo q̄ affirmatiua. Atqui negatiua theologiae propriū: ab his in deum niti & p̄ficiſci: quē dissimili ma deo videātur, quē admodū assertiue theologie proprium, his incumbere: q̄ vicina, similīma & proxima deo sint. Quarta quia pessentiā: texi simplex & vniiformis enūciatio, q̄ est Ego sum qui sum: in qua idē est esse quod dicit & de quo enūciat: idē subiectū: idē prædictū. In ceteris aut̄ actib⁹, hēc enunciationis vniiformitas & extremoni similitudo: nequaq; seruat. Nā si dixisset deus ego sum q̄ viuo: aut q̄ sentio, aut intelligo: hic vtiq; seipm̄ dispati ac dissimili enūciatiōe explicuisset: enuncians de essentia, dissimile actū: ut vitā, vel sensum, vel intelligentiā. Cōmodius igitur hic seipsum per reduplicatum esse expressit: dices ego sum q̄ sum. Alia vero hinc dubitatio emergit: an per eā enunciationē ego sum q̄ sum diuina cōuersio insinuet: Dicim⁹ diuinę trinitatis mysteriū seu diuinā cōuersiōnē: sub hoc enunciandi modo retegi & adaptari. Non per p̄nomē ego, quod est subiectū eiusce enūciatiōis: patris persona referaſ. Per verbū vero sum, quod prædictati locum supplet: filii persona intelligenda. Per reduplicationem aut̄ qui sum: sp̄iritus sanctus (qui reflexio diuini rādiū & reduplicatiō eiusdē) adaptari. Nam diuina conuersio: a patre in filium digrediēs fisti

Alia dubietas.

Cap. II. Fo. LXXIII.

tur in spiritu sancto. Postrema vero quæ emergit dubietas est. Si haec enuntiatio Ego sum Tertia qui sum: deum eximit a creaturis; erunt creature dicendæ q̄ sunt & non sunt. Sicut enim deus dubietas est ens quod est: ita & creature, erunt entia quæ non sunt. Sed quomodo contradictionia similiter de creaturis enunciari queant? Dicimus deum esse ens quod est: id est quod vere est. Crea Responsorias autem esse entia quæ non sunt: id est quæ de nihilo, de non esse, de non ente, ad esse: diuinam virtute prodierunt. Per id igitur quod est ego sum qui sum: diuina innata substantia, a cuius creaturis excepta. Et tamē ex opposito, per ens quod non est: nulla in creaturis substantia inducit pugnaciam aut contradictionem copula. Ceterū reperimus etiā a sacris eloquii: principiū dæmonū, applicari nomen entis quod non est. Nam in Iob decimotertio id habet. Habent in tabernaculo illius, socii eius qui non est. id est immundorum spirituum caterua: quæ cum suo principe, e caelis precipitata in hunc mundum ruit. Per eum quippe qui est & non est: intellige totius apostasię ducē, dæmonū primatem, qui relicto eo callebat q̄ ad bene beatęq; esse dirigit: eum sequutus est, qui ad non esse perducit. Tāta de diuinę substantię predicatione dixerim⁹: in quo septena entium genera collocam⁹ Materiam, Essentiā, Vitā, sensum, Rationē intelligentiā ac diuinā mētē. Nunc vero in diuinam enucleandam quātitatē p̄ficiamur.

Iob. xiii.

De diuina Quātitate. Cap. II.

Vantus est deus? Immens⁹: & substantia & duratio. Immensitas diuine substantię: appellamus infinitatē. Immensitas vero duratiois eternitatē. De⁹ ei & infinit⁹ & etern⁹ est. Infinit⁹ ut in contracta habet substantię: & substancialib⁹ terminis liber. Aetern⁹ vero, ut aī oī principiū, ut in oī medio subsistens: & post omnēm periodū futurus. Coueritur enim eternitas, cū immensitate substantię. Sed obiectiū deū quantū non esse: ideoq; frustra interrogari, quantus est deus: nec ullam huic percognitioni ratione adhibenda: respondemus deum quantū non esse: habitu sensibilis & corporeo quātitatis: q̄ diuina inheat substantia. Hoc enim quātum: sensibilium dūtaxat substantiarū p̄priū. Nam diuina substantia, nullorū accidentiū inhesioni & permixtioni cēseatur obnoxia. Ceterū aduertenda est quale questioni: quātus est de⁹: ratione adhibuimus, respondentes deū esse immensum. Immensitas quippe quātitas non est: sed totius quātitatis exuperatia. Quapropter id est, datum esse immensum: & deū non esse quantū. Deus enim neq; habitu quātitatis: ut inferiora corpora, quātus est, neq; eo modo: quo angeloi & rationales aīae. Nā horū substantię, & si expertes quantitatis: finit⁹ tamē sunt. Diuina vero substantia: & expers quātitatis & immensa. Porro sicut in diuinę substantię predicatione: ita & in isto, ea sunt recēenda q̄ ad diuinam quantitatē spectent: cuīusmodi sunt hec continuum, discretum, vnu, multū. In his enim quēdam quantitatis contradictiones: aperte designantur. Nam differētię cōtinui: magnū & parvū. Extremo vero discretę quātitatis: vnu, multū. Dicim⁹ igit̄ quoniam in deo, magis est reperire discretū q̄ cōtinui: magis numerū, q̄ magnitudinē. Attamen si cōtinui pro cōtinuo sumis: tam cōtinuum q̄ discretum, in deo repperit annūm⁹. Nam coniunctio diuina: vnuitas est & substantialis nodus trīum personarum. Diuina vero discretio: numerus est & personalis trīnitas earundem. Deus enim & coniunctus & discretus est: coniunctus quidem in substantia discretus vero in persona. Vnus item in substantia: trīnus in persona. Vnum igitur & trīnum: diuinae sunt quantitates. Vnum siquidem: quantitas diuinae substantię. Trīnū vero: quātitas diuinarum personarum. Vnicus enim deus est & hic trīn⁹. Vnde fit ut ipsum vnu, sit posterius ente: quēadmodū & quātitatē, præcellit substantia. Nā ens seu diuinū esse: in substantię predicatione locauim⁹. Vnu vero: in p̄senti diuine quātitatis genere reponedū.

Ens p̄s.
Vno.

Divinorum Predicamentorum

Etenim quæstio si est deus: longe prior est ea quæ scrutatur: an sint multi dii: vel an tantum unus deus: quare & entis ratio: vniuersitate simplier & prior. Nulli etenim circa esse dei haec tenus errasse tradunt: qui esse dei addubitate ausi sunt. Vnicum tamē dei esse quot se clara, quot nationes latuit! Nos autē deo vnitatem & numerū, vnu & trinum inserentes: ab eo multū secludim⁹. Nam id cōtrariū est vno. In deo autē contrarietas nulla. Vnū quippe dei coniunctio est & copula diuinæ substantię: quā vlo pacto diuellī: aut multiplicem euadere posse negamus. Diuinus em̄ numerus, sic in diuina substantia arcanus & abdit⁹ esse coniiciendus: vt illam nequaq̄ secet in plura: vtve illā nō dispartiat. Et neq̄ hīc numerus aduersatur vnitati: neq̄ vnitatis numero. Est quippe numerus in deo discernens: nō diuidens. Est vnitatis in eo coniungens: nō confundens. Hacten⁹ de diuina quantitate. Nunc in diuinis qualitatibus transeamus.

De diuina Qualitate. Cap. III.



Valis est deus!

Morale bonū trinum. Bon⁹, pulcher, sapientis, in oībus pfect⁹. Nā p̄cipue & cōmuniſſime diuinariū q̄litati sunt bonitas, pulchritudo, sapientia: e q̄b⁹ diuina pfectio elicēda. Sit autē semel dictū, p̄ oī diuinoꝝ pdicamētoꝝ genere: diuinā substatiā puram esse & a cunctis actibus immunē. Qua de re sicut deū sensibili more quantū non esse p̄monuimus: ita & impräsentariū intelligēdus est deus, nō esse qualis. Etenim per inhaſionē verē & accidentarię qualitatis: diuina substantiā dicereſt alicui permixtioni & alteritati obnoxia. Diuinę quippe & quantitates & qualitates: iuxta rei veritatē a diuina substatiā nequaq̄ eximunt. Noſtri tamē mētis secretio: in diuina substatiā huiuscmodi qualitates & qualitates effingit. Sed cur bonitas, pulchritudo, sapientia sint p̄cipue diuinariū qualitatū: opere p̄cipiuſt est cōdixeramus. Qui de morib⁹ tractant: cū de bono loquuntur, triniter illud didicunt. Aliud em̄ dicunt esse necessariū bonū: quod vtile vocant. Aliud iucidū & delectabile. Tertiū vero honestū. Virtutē istud appellamus. His igit̄ tribus bonis: respōdet quas enumerauimus, diuinę qualitates: bonitas, pulchritudo, sapientia. Nā bonitas sicut necessaria: ita & pulchritudo iucunda & sapientia honesta. Bonitas cunctis rebus substatiā & esse primū imparit: quo nihil æque necessariū. Sublato namq; a rebus ipso esse primo: mox vniuersa eis adimunt. Quod em̄ non est: quomodo pulchrū aut sapientis erit. Sicut contingit substantiā: esse quidem absq; accidente: accidentis vero p̄ter substantiā reperias nullum: ita & bonitatē totius substantię indultricē, p̄eadesse his oportet: quæ pulchritudinis & sapientiē nō sunt expertia. Bonitas sola: arcanos diuinę substantię thesauros, extra illam profudit. Bonitas diuinā sustulit infecunditatē. Bonitas diuinitatis valuas: q̄ immēso ante aeo clause, latentē deū obtexerant: patefecit. Hęc deū vt & intra se & extra se p̄ficietur instigauit. Hęc & interiorum & exteriorum diuinorum processuum & progressionū causa. Bonitate pater genuit filium. Et pater ac filius vna protulere spiritum sanctū. Rursum deus paribonitate: in suā vnitate trinitatis & in personarum suarū cōmunitate, creuit mundum. **Laudes bonitatis.** Vnde sit vt bonitas: nimirū tanq; sons & origo vniuersorum, tanq; totius patriae substantię indultrix & sui ipsius propagatrix: paternae personae respōdere videatur. Expli spōdens, cat em̄ bonitas ipsa: patris proprietatē, naturā, qualitatē. Nam pater fontana deitas & prima diuinarum personarū: sui propagatione filiū gignit. Sicut autē bonitas patri & pater: tuto filiā deitatis: ita & pulchritudo filio conferenda. Est enī diuina pulchritudo, immēsus quālio: confidam paternae imaginis splendor: & amabilis claritas, totius diuinæ congruentia: relucens renda. in persona filii: tanq; in arcano & ēterno patris obiecto. Nam pater qui vt potentia est: natu-

Cap. IIII.

Fo. LXXV.

